

Dv. 255


**UuLB Düsseldorf**

+4162 377 01.



*Ex libris*  
*P. Solomiac B.M. HB*









MATERIA  
M. E. D. V. 255  
A. D. 1755  
CONTRACTA

Phlegma	Phlegma
Humor	Humor
Crassa	Crassa
Viscida	Viscida
Indurata	Indurata
Dura	Dura
Utraque	Utraque
Utraque	Utraque
Utraque	Utraque
Utraque	Utraque

COMPLETENS



V E N I T I S

Ex Typis Nicolai PEARLARI

M. DCC. LXXII.

SUBBIBLIOTHECAE ACADEMICAЕ AMSTELÆDAMIENSIS



iii  
CELSISSIMO PRINCIPI  
PRÆSULI AMPLISSIMO  
JOANNI BAPTISTÆ REZZONICO  
CLEMENTIS XIII. P. M.

NEPOTI  
PROTONOTARIO APOSTOLICO,  
ac totius ditionis Ecclesiasticæ

ARMORUM PRÆFECTO:

D. D. D.

L. T.



*Væ me, ut sub nobilissi-  
mæ REZZONICORUM  
SOBOLIS gloriosissimis auspiciis Opu-  
sculum hocce in lucem ederem, ratio-*

\* 2 nes

nes impulerunt, TEQUE, Præsul  
 Amplissime, mihi Mæcenatem com-  
 pararem, obviæ nedum fuere, at mu-  
 nere quidem meo fungendi devicerunt  
 innumeræ.

PRINCEPS enim AURELIUS  
 tibi dilectissimus Pater, pietatis, &  
 religionis memorandum exemplar,  
 quem præcox Fatum surripuit, tuta-  
 men, quod erga parentes meos im-  
 penderat, in me quoque de sacro Ba-  
 ptismatis fonte susceptum beneficentif-  
 sime profecutus est. Id ab illo in filios  
 derivatum pluries, tum Fratris Tui  
 CELCISSIMI PRINCIPIS LU-  
 DOVICI benevolentia expertus sum,



17

*cum a TE ipso experiri confido .  
Cui melius itaque possum , atque de-  
beo laboris mei hunc , qualemcum-  
que fructum in Societatis utilitatem  
digestum subicere , nisi Tuo Patro-  
cinio ? Cui melius inquam si specto  
Patruī Tui CLEMENTIS XIII.  
totius Christiani Orbis Moderatoris  
eximiam virtutem atque sanctitatem ,  
qui inter adversa , quibus impræsen-  
tiarum conflictatur Ecclesia , ea pru-  
dentia , eaque fortitudine se gerit , ut  
nobis exemplum admirandum semper  
supersit .*

*Non dedignaberis ergo observantiæ  
erga TE meæ , & grati animi testi-*

monium lubens accipere, meque in  
 in Tuam Clientelam admittere, ne  
 remas, precor.

*Tuae Celsitudini.*

Venetiis iv. Kalendas Februar.  
 Anno Sal. MDCCLXII.

*Humillimus, Addictissimus, Obsequens,*  
 Ludovicus Tessari.

LU-



**LUDOVICI TESSARI**

*Phil. & Med. Doct.*

**REGNUM MINERALE**

Editio prima Veneta.

LUDOVICI TESSARI

Phil. & Med. Doct.

REGNUM MINERALE

Editho prima Veneti.



## L. B.

**M**ateria Medicae studium quantum Medentibus proficiat neminem latet; illud olim densis obtegebatur tenebris, atque circa remediorum natalia, facultates, & usus in maxima incertitudine versabamur. Inter hujusmodi Scriptores Godofredus eminet, & Cartheuserus, qui pharmaca, eorumque virtutes concinno ordine digerentes, viam adeo implexam Tyronibus complanarunt. Godofredus antequam Opus perficeret precoci fato defloruit, idque ad vocabulum, *Melissa* intermissum reliquit: *D.* vero *De Jesse* non mediocri cum laude Vegetabilium Medicinalium indaginem profecutus est; qui autem post eum Regnum Animale eadem methodo reterege tentarunt, non eandem laudem sibi promeriti sunt; plura enim ex Academia Scientiarum, & Naturæ Historicis transfulerunt ad Zootomiam potius, & Oeconomiam, quam ad Medicinæ artem pertinentia; ex quibus duplici amplo admodum volumine comprehensis, paucissima reperies, quæ Medicis prodesse possint. Hac de causa adeo Godofredianum opus excrevit, ut nunc quinque Volumina extensa nimis expleat, quæ Studiosos pervolvere tædet, unde ipsius Auctoris Scripta, quam maxime evluere. Cartheuserus denique in unum libellum materiam Medicam coarctavit; & neglecta rerum distributione, secundum Medicas facultates remedia ita distribuit, ut uno articulo, e. g. De Austeris omnibus, & Stipticis; altero de Oleosis &c., ex triplici regno desumptis pertractaret. Quam methodum pharmaca perscrutandi,



tandi, etiamfi pro genuina recognoscam, Tyronibus tamen de eorum Historia ignaris implexa nimis evadit, ac, præceptoribus potius proponenda videtur. Celeberrimus Linnæus Botanicorum longe Princeps plantas omnes medicinales in tabulas arctissimo ordine ita digessit, ut ictu oculi, & facillime cujusque stirpis synonyma, origo, & usus selectiores paterent, ac exiguo libello futilibus refecatis, plura invenirentur, & utilia ex recentissimis decerpta, unde in hac Medicinæ parte, eam sibi gloriam comparavit, quam Heisterus in suo Compendio Anatomico, Allen de Praxi, Lomius &c. sibi promeruerunt. Alia duo regna tamen, quæ, ille sublimioribus studiis detentus, adhuc desiderabantur, intacta reliquit. Idcirco cum maxime Clinicis proficere conspexissem, si tria regna simili methodo pertractata uno volumine comprehenderentur, Minerale Ego, & Animale, his impulsus rationibus, perfeci, & in lucem edere curavi; quinimmo Notis materiam auxi, & Prolegomenis cuique Classi præpositis generaliora excerpti, ne specialem cujusque rei descriptionem implicarent.

Fateri tamen oportet inter Amœnitates Academicas, a Celeb. Linnæo editas, hæc duo regna ab ipsius Alumnis indicata fuisse, at ea non solum arcta nimis invenies, ut plura omissa sint, & vix synonymis enuntiata, ut nullum pene usum Medicis præstent, sed etiam Notæ, & Prolegomena defunt, argumento maxime necessaria. Uno verbo a nostris ita diversa sunt, ut perlegentibus facile innotescat, nullam cum his comparisonem mereri. Vale.

CON-





## CONSPECTUS.

**D**E Regno Minerali tractatione suscepta etiam si Celeberrimam Linnæanam Methodum plerumque sim profecutus, materies tamen ipsa postulabat, ut plura adderem, pluraque alia ordine, & amplitudine reformarem, & dum magis claritati consulebam novum operis Conspectum anteferre mihi visum fuit.

Totius autem Regni Classium, & in his Mineralium distributio in Catalogo satis clare apparebit. Quamvis vero provinciam suam Prolegomenon antecedit, quod in unaquaque circa originem, principia, virtutes, usus, atque Auctorum Controversias generaliora absolvat, antequam speciales cujusvis substantiæ facultates singillatim tradam, quæ ea lege dispositæ sunt, ut primo:

**NOMEN**, & quidem vulgatissimum se ostendat; adeo ut quisque etiam Historiæ Naturalis ignarus, de qua re sit sermo, cito percipiat.

**SYNONYMON** constanter subsequitur Auctoris inter Naturæ Historicos recentissimi: ut qui ad legitima fossilium genera ea referre velint facile possint: quod in angusta Medicinalium serie difficilius obtineri potest.

LOCA



**L**OCA NATALIA posui quæ frequentius, & majori copia enuntiata pharmaca suppeditant.

**P**HARMACEUTICUM in Regno Vegetabile cuiusque plantæ partem plerumque indicat, quæ potiore habet usum; in Minerali vero modificationes quasdam ostendit quæ nullam præparationem, aut compositionem respiciunt, sed a sola comminutione, combustione, aut solutione dependent: Hujus indolis sunt calx, muria, ærugo, &c.

**Q**UALITATES, quæ sensibus externis obvia sunt, attributa præferunt, odor, color, sapor, superficies, &c. queis characteres peculiare haud infrequenter adunxi, in metallorum præsertim familia, quibus invicem distinguuntur: eorum omisissis, quæ in synonymis jam conspicua sunt.

**P**RINCIPIA difficillime determinare possumus: eminentiora tamen selegi, dubia indicavi; exiguissima, vel futilia rejeci.

**P**RÆPARATA addidi, e Metallorum præcipue genere, chemico aliquo labore deprompta, ex hisque præstantiora tantum excerpti.

**V**IRES e principiis allatis experientia, & praxi deducuntur, nulla simplici auctoritati habita fide; neque eas prætermisi, de quibus forsitan hærerem: illas tamen, ut a genuinis fecernerentur, peculiari artificio designavi.

**U**SUS denotat morbos omnes, quibus non modo ratione, & experientia adhiberi solent, verum etiam quæ consuetudine, & auctoritate apud Medicos invaluere; eo quod rariores usus haud

Ty-



Tyrones lateant ; ne auctores legentibus quam plurimos videamur neglexisse.

U<sup>SUS</sup> P<sup>RÆCIPUUS</sup> sub oculos ponit ægritudines dumtaxat , in quibus apud Chimicos simplex quodvis frequentius receptum est.

C<sup>OMPOSITA</sup> selecta depromo , quæ hæc simplicia intrant , ut compositionis quoque indoles medentibus innotescat.

D<sup>OSSES</sup> simplicium singulorum propono ; perlongum enim foret præparatorum omnium , & compositorum illas referre . Si vero ex iis ali- quod omnimoda virtute careat tunc e præparatis efficacioris dosin substituiam.

J<sup>UDICIUM</sup> tandem hypothesibus rejectis , ingenue larvis detractis , & omnibus sedula censura perpensis , quidquid de his tenendum sit , ictu oculi patefacit , & quæ Societati obveniunt beneficia breviter ostendit.

Numeri Arabici 1. 2. 3. &c. primum species distinguunt ; Litteræ vero alphabeticæ nostrates a, b, c, &c. subdivisiones , seu varietates indicant : quibus signis respondent characteres in subsequens reiterati , ut cujusque speciei Synonymon , propria loca , qualitates , atque vires , &c. facile appareant , simili ratione efficaciore alicui e præparatis litteras Græcas  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$ , &c. propono ut ejusdem virtutes emergant . Hoc ( ? ) interrogationis punctum Virium incertitudinem , aut futilitatem demonstrat ( ! ) Admirationis vero contemptum ; & jugiter quodvis signum ad suum simile subsequens collineat .

Præter ea , quæ superius explanata erant , plura  
adhuc

adhuc supererant animadversione digna, quae neque in Prolegomenis, neque in Tabulis recensere videbatur: Quare Notas subiecimus, ut Medicæ circumspectiones, selectorum quorundam præparatorum conficiendi ratio agendique, modus, Mechanici usus, eruditiones neminem laterent:



*[Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including words like 'ad hoc', 'ad huc', and 'ad huc']*



# SIGNATURÆ

A NOBIS USITATÆ.

☉	Aurum.	
☽	Argentum.	
♃	Cuprum.	
♄	Ferrum.	
♁	Stannum.	
♁	Plumbum.	
☿	Mercurius.	
♆	Zincum.	
♁	Antimonium.	
♁	Spiritus acidi.	
♁	Acidus Marinus.	
♁	--- Nitrosus.	
♁	--- Vitriolicus.	

CLAS

Ne

*Ne errores libellum asturpavent diligentiam omnem impendimus, aut si paucos inveneris illos B. L. humaniter parcas deprecamur, eosque tantum enuntiare satagemus quos contradictionem parere censuimus.*

Errata	Corrige	Pag.	Lin.	not. colum.
* 69	69	110	24	1
* 82	82	ibid.	8	2
83	* 83	ibid.	9	ibid.
100	* 100	ibid.	26	ibid.
* 101	101	ibid.	27	ibid.

Asteriscus in Indice præstantiora ostendit.

*Signaturæ omissæ ad pag. 127.*

- ⊖ Sal.
- ⊕ Acetum, aut spiritus aceti.
- ∇ Spiritus Vini.
- ⊕ Sulphur.
- ⊕ Calx.
- ∞ Spiritus quandoque significat vegetabilis.





# CLASSIS I.

DE

*Terris Medicinalibus.*

§. I.



Terilem fane provinciam aggressi sumus, cum de terris primo loco verba facere excogitavimus; id tamen ordo postulat, dum regnum minerale anteferimus, quod a simplicioribus, minusque compositis substantiis exordiamur, eo ut etiam Viros celeb. in hac methodo prosequamur.

§. II.

Cum ob eximiam propemodum veterum naturalis Historiæ Scriptorum ignorantiam, vel credulitatem, atque Recentiorum circa hanc rem neglectum, vel labores exiguos, terreorum investigatio innumeris revera scateat difficultatibus; Idcirco Auctores, vel præstantiores interlegendo, plures de eorundem natura, divisione, synonymis contradictiones reperiuntur, quæ insuperabilem Tyronibus obscuritatem

*Mat. Med. Contracta.*

A

tem



tem parere solent. Quare repetita gustus, tactus, visus, sensuumque exteriorum inspectio, mentisque rectum iudicium necessaria sunt ad ea non solum indole, sed & habitu rite distinguenda.

## §. III.

**C**irca principiorum enim indaginem, quæ in hæc concreta intrant, maxime inter se discrepant omnes, qui de hac re sermonem habuere; tum ob inertiam, & exiguitatem eorum, cum ob ipsorum, & in morbis effectuum incertitudinem, qui sapissime cum ipsis naturæ conatibus confundi possunt; ideo non raro contigisse novimus, quod plures Medici, dum eadem methodo, chemico aliquo labore, vel acidis spiritibus illa tentarunt, dissimiles, & prorsus contrarios effectus prodire animadverterunt, ea de causâ quod Mercatorum fraude, raritate, obsoletoque usu diversissimæ natura, & principiis sub eodem nomine huiusmodi terræ in Observatorum manus inciderunt.

## §. IV.

**R**ecentiorum tamen nonnulli, re sedulo perpensa, hæc substantias inveniunt mere terras inodoras, insipidas, lutas; quarum aliæ, ratione admixti sabuli, ignis vi aliqua ex parte vitrescunt; aliæ prorsus calcariæ sunt, quæ immaturam perexiguam metallicarum particularum quantitatem continent, martialium præsertim, a quibus colorem rubrum, aut flavum, saporemque subadstringentem acquirunt; ac proinde in his aliquid spiritus vitriolici latet cum tenuissima unguinis mineralis copia, quæ his infirmam præbet consistentiam igni facile evanescentem, friabilem terram, fatuamque relinquendo. Aliquam etiam salis urinosi portionem inesse quidam autu-



autumarunt, quæ neuiquam meretur Chemicorum,  
aut Medicorum scrutinium.

## §. V.

**C**Um acidis itaque nullam plerumque effervescentiam faciunt, etiam si quasdam bullas emittant, dum his imbibuntur, vel ab illis solvuntur; quare nullo modo alkalinis sunt adscribendæ; cum maximum inter absorbentia corpora, & alkalina discrimen intercedat; illa enim absque effervescentia, hæc summa cum ebullitione his saturantur, atque neutram naturam induunt.

## §. VI.

**E**X hætenus recensitis igitur patet nulla alia virtute donatas esse, nisi quod acidi redundantiam in primis viis cohibeant; tum ob admixtas ferri particulas exterius applicitæ, vel intus sumptæ debilem adstrictionem exercent. Quod vero vasa lactea permeent, vel ad massam sanguineam se transferant, fatis validis argumentis falsum esse evicit Doctissimus Cartheuserus (sec. 2. cap. 2.) quæ hic enuntiare supervacaneum cenfeo. Cæteras tandem alexipharmacas, diaphoreticas, antisepticas, edulcorantes &c. virtutes omnino imaginarias esse arbitramur, nulloque fundamento innixas, sed fraude, ignorantia, superstitione, ac nimia quorundam credulitate his perperam tributas.

## §. VII.

**D**uplici de causa terrarum usus inter Medicos invaluit. Primo Arabes, cum eo tempore hæc cæteris Pharmacis pretiositate, & existimatione prællerent

4 CLASSES I.

rent selectioribus compositionibus e. g. Confec, Hyacinth., Alkermes, Theriacis, aliisque &c. addiderunt; deinde Takenius, Silvius, Beccherus, & alii quamplurimi magni Alkali Fautores ad expugnandum acidum in primis viis stabulantem, & in sanguine hærentem terrarum medicinalium numerum auxerunt, earumque facultates ad summum extollerunt gradum,

§. VIII.

**N**Eoterici tamen rationales Medici, & Philosophi, qui earundem debiles, infirmasque vires, atque principia satis cognoscunt, vel omnino ab usu Medico eas ablegarunt, vel raro paucissima solent usurpare, & Bolum Armenam vix, & Cretam albam admittunt.

§. IX.

**U**Tilitates igitur nullas, vel fictitias ab his nobis expectare licebit; damna tamen oriri possunt innumera ab earum frequenti, & abundanti usu. Pondere enim suo ventriculum gravant; fibras exciccant, atque constringunt; necessarias tunicarum contractiones impediunt; succus gastricos absorbent; lactea vasa obstruunt, & tandem in massam gypseam in ventriculo, & intestinis concrescunt; ut Albertum sæpe sæpius in Cadaverum sectionibus observasse legimus. Quapropter, non quia principiis ætiosis maxime scateant, sed ratione voluminis, ponderis, & inertiae a magna earum dosi, & frequenti magnopere cavendum erit,

§. X.



## §. X.

**V**ereor quidem vehementer, dum hæc prolego-  
 mena conscribere ausus sum, ne quis me sce-  
 pticisimi sectatorem credat; sed rationali potius cen-  
 sura, quam inani credulitate laudem comparari pos-  
 se existimavi. Polliceor etiam me Scepticum non fu-  
 turum, cum de salibus, vel metallis præstantiora se-  
 legero, quæ & plura, & utilia Pharmaca suppeditant.



## T E R R Æ

*Sigillatæ.*

I. L E M N I A. Diofc.

**BOLUS.** Colore carneo. *Val. gen. 3. sp. 8. var. 5.*  
**LOCUS.** Stalimene, olim Lemnos Insula Maris  
 Egæi.

**PHARM.** Ipsius glebæ, aut boli sigillati.

**QUALIT.** Inodora, insipida, pinguiuscula, leniter  
 linguæ adhærens, & sîptica.

**PRINCIP.** Aliquid ferri, atque spiritus vitriolici; an  
 salis ammoniacalis, & bituminis ulla portio?

**VIS.** Absorbens; subadstringens; abstergens; alexi-  
 pharmaca? diaphoretica? vulneraria?

**USUS.** Venena, & venenati morsus; Febrismaligna,  
 pestilens; Variolæ; Morbilli; Febres exanthemati-  
 cæ omnes; Hæmorrhagia; Dysenteria; Ulcera, tum  
 interna, cum externa?

**USUS PRÆCIPUUS.** Alvi Fluxus.

**COMPOSITA.** Pulvis bezoardicus Sennerti; Pannoni-  
 cus rubrus; Theriaca Andromaci; Confec. hyacint.;  
 aquæ plures, & mixturæ cordiales.

**DOSIS** VI. ad VII annos; VII-XVI; XVI-& ultra

℞.

℞ij.

℞j.

**JUDICIUM.** Nulla, superflua, superstitiosa, ableganda.

Olim Poetæ, & Historici celeberrimi  
 eam magnopere commendarunt, in-  
 ter quos Homerus, & Herodotus.  
 Ab angusto enim specu Sacerdotum  
 cæremoniis, & solo Principis jussu  
 certa quadam quantitate singulis an-  
 nis effodiebatur. Quare haud cre-  
 dendum est ad nos usque genuinam  
 hujusmodi terram unquam pervenisse.

Perperam quidam alkalina profapia  
 eam existimarunt, cum acidis enim  
 non effervescit, quamquam Daleus,  
 & alii contrarium sentiant.

Daleus alteram Lemniam ponit per-  
 fecte albam, qua morsui canis ra-  
 bidi medebatur.

Lemniz succedanea sunt Samia,  
 Turcica alba, & rubra, pluresque aliz,

TUR-



2. **TURCICA.** 1. Rubra. 2. alba.  
**BOLUS.** 1. rubra. 2. alba Byzantina *Valer. gen. 3. spe. 8. var. 4. & 1.*  
**LOC.** Byzantium, & orientales regiones.  
**PHARM.** Placentulæ characteribus tunicis insignitæ.  
**QUALIT.** 1. Linguae magis quam Lemnia adhærens, pinguis, stiptica.  
**PRINCIP.** An paulo major spiritus vitriolici, & ferri copia, quam in Lemnia? qualitates suadent.  
**VIS.** 1. Lemnia forsan intensior.  
**USUS.** Pro Lemnia usurpantur.  
**USUS PRÆCIP.** }  
**COMP.** } cum Lemnia conveniunt.  
**DOSIS.**  
**JUDIC.** Ejusdem farinae ac terra Lemnia.

Haud infrequenter accidit quod aliz terræ Bolares indigenæ, pro exoticis usurpentur; apud Gallos enim, quæ reperitur circa (Dublois), apud Germanos; Tokayenses, & Strigonienfes, & aliz alibi Lemniæ & Tur-

cicis substituuntur, quæ haud infrequenter fictis sigillis a mercatoribus pro genuinis venundantur.  
 Alba Turcica imminutis viribus tantum a rubra differt.

3. **MELITENSIS.**

- Inter bolos albas tacite expressa. *Val. gen. 3. sp. 8. var. 1.*  
**LOC.** Melita insula.  
**PHARM.** Tabellæ, aut pastilli Religionis Hierosolymitanæ sigillo, aut divi Pauli imagine insigniti.  
**QUALIT.** Inspida, leniter linguae adhærens.  
**PRINCIP.** Sola terra iners.  
**VIS.** Absorbens, alexipharmaca? cardiaca? antidota?  
**USUS.** Venena, & venenati morsus; Cardialgia;  
**USUS PRÆCIP.**  
**COMP.**  
**DOSIS** antecedentis.

## JUDIC. Obsoleta, ridicula, superstitiosa.

Perperam quidam arbitrati sunt di- aliud ineluctabile documentum. Si va-  
vum Paulum ei tribuisse medendi fa- lex ea confecta ad vinum hauriendum  
cultatem, venenatos morsus, cum nul- adhibeantur, liquor, cardiacam virtu-  
la extet de hac re certa traditio, aut rem acquirere putatur, an id credendum?

4. 1. STRIGONIENSIS. 2. LIGNISCENSIS.  
BOLUS. 1. flava. 2., & cinerea. *Valer. gen. 3. sp. 8.*  
(1) var. 1. & 3. (2) Var. 2.

LOC. 1. Auri fodinae montis acuti ad Strigonium  
Oppidum. 2. Lignitium.

PHARM. 1. Orbiculi Strigonii sigillo muniti.

QUALIT. Ore diffluens, & pinguedinosa.

PRINCIP. 1. 2. Ferri portiuncula. 1. Auri phlegi-  
sticum? 2. vel argenti ulla particula?

VIS. 1. 2. Subadstringens, incrassans, antiseptica? alexi-  
pharmaca? diaphoretica? 2. cephalica?

USUS. 1. 2. Febris maligna; Pestis; Dysenteria; Morsus  
venenati; Fluor albus; Hæmoptisis; Ulcus pul-  
monum; 2. Capitis dolores; Cerebrum debile.

USUS PRÆCIP.

COMP. Pulvis bezo. Sennerti; Anglicanus; species de  
hyacint.

DOSIS. antecedentis.

JUDIC. Inusitata, iners, superflua.

Magistratum adventu, eorumque cura effodiuntur, ac distribuuntur; contra pestem a Sennerto magnopere laudantur.  
Ab his procul diversa sit terra Sile-  
siana, incertum.  
Adulteratur tamen teste Daleo ex mix-  
tura quadam Cimoliz albæ, & Rubricæ  
fabrilis; neque desunt apud Pharmaco-  
silesianæ synonymis sumunt; quare an-  
polas veræ, vel ficticiæ hujusmodi glebæ.

5. HETRUSCA. 1. Alba. 2. Rubra, 3. Cinerea.  
1. BOLUS alba. *Valer. gen. 3. sp. 8. var. 1. &c.*

Lo-



LOCUS. Ilva insula, & Argous Portus ad Mare Tyr-  
rhenum.

PHARM. Earum pastilli, Mediceo Stemmata muniti.

QUALIT. 2. Linguae adhærens, stiptica valde, & au-  
steriuscula.

PRINCIP. 2. Ferri non modicam quantitatem con-  
tinet.

VIS. 2. Subadstringens; 1 : 2 : 3 : incrassans, alexi-  
pharmaca ?

USUS

USUS PRÆCIP. } cum superallatis convenit.

COMP.

DOSIS 2. ℞. ℥ij. ℥j.

JUDIC. Inusitata 2. an validior Lemnia ? & Tur-  
cica ?

Præter eas plures dantur varietates, ter se diversæ.  
non virtute, sed signis, & colore in-

## 6. NOCERIANA.

LOC. Nuceria Umbriae Oppidum.

PHARM. Placentulae liliorum figura impressæ.

QUALIT. Alba, mollis, levis, friabilis, cum acidis  
effervescens.

PRINCIP.

VIS. Absorbens, antacida, subadstringens, diapho-  
retica, alexipharmaca ? &c.

USUS. Fluxus alvini, & sanguinei; Gonorrhæa; Fe-  
bris maligna, &c.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS ℥j. ℥ij. ℥j.

JUDIC. Antacida, frequens, parvi faciendæ.

Eisdem habet natales cum aqua No- Viribus fortasse cum creta conve-  
ceriana, apud Nos usitatissima. nit.

Si.

*Sigillanda.*

7. **BOLUS** rubra, 1. Armena, 2. Vulgaris pallefcens.  
1. 2. Bolus rubra. *Valer. gen. 3. sp. 8. var. 4.*

**LOC.** 1. Olim Armenia, & Cappadocia, nunc plures  
Orientis plagæ. 2. Gallia apud (Dublois,) (Sa-  
mour;) Germania circa Tokæum, Vvytemberg;  
Boemia; Anaberg; Herbiopolis; & alibi

**PHARM.** 1. Ejusdem glebæ, 2. eadem pluries lotæ  
& in placentulas redactæ.

**QUALIT.** 1. Linguae adhærens, ponderosa, inodo-  
ra, stiptica, pinguis, aqua facile solubilis; 2. ead-  
dem sed infirmiores.

**PRINCIP.** 1. 2. Ferri non exigua portio, atque spi-  
ritus vitriolici.

**VIS.** 1. 2. Adstringens, absorbens, abstergens, ci-  
catrizans, alexipharmaca?

**USUS.** Fluxus omnes sanguinei, vel alvini; Vul-  
nera, & Ulcera externa; Ulcus pulmonum; Den-  
tium Erosio; Pestis.

**USUS PRÆCIP.** Alvi Profluvia

**COMP.** Confec. Hyacint. ; Diascor. Fracastor. , Tro-  
chici: Gordonii; Pulvis bez. Renaudei; Pannoni-  
cus; Ceratum Santolinum; Emplastrum ad fractu-  
ras Bacchet. Pulvis febrifugus Nofocomii; Bo-  
nonienfis.

**DOSIS.** 1. 2. ℞. ℥j. ʒj.

**JUDIC.** 1. Rara, 1. 2. infirmæ virtutis, tamen  
usitata.

1. 2. Inter cordiales compositiones, rum, & Arabum? hæc sane crocea,  
nulla ratione admiscetur; cum om-  
nino destituantur, alexipharmaca vir-  
tute, & cæterorum ingredientium po-  
tius actionem perturbent. Pulveri fe-  
brifugo, & emplastro supradiſto, ut  
adstringentia addi solent. An Bolus  
Armena Galeni eadem est ac Græco-  
rum, & Arabum? hæc sane crocea,  
illa pallida erat. Plerumque Arme-  
næ, Vulgaris Bolus substituitur; Hæc  
sæpe arenam conjungam habet, a qua  
lotione liberatur; ex ea enim ali-  
quantulum vitrescit. His addi potest  
Bolus Armena Lutea quæ ab illis co-  
lore, non viribus tamen, differt.

AGA-



## 8. AGARICUS Mineralis.

LAC Lunæ subterraneum. *Val. gen. 2. sp. 4. var. 1.*

PHARM. ejusdem glebæ pulver.

LOC. Helvetia, Transilvania.

QUALIT. Insipida, candida, levis, friabilis, Agarice vegetabili similis, aquam lacteo colore inficiens.

PRINCIP. Inter alkalina.

VIS. Adstringens, absorbens, antacida, refrigerans, gallactophora?

USUS. Lactis Inopia; Acidum exuberans; Uteri Profluvia; Ulcera.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS ℥ss. ℥j. ʒj.

JUDIC. Antacida, superstitiosa.

Virtute antacida cæteris terreis substantiis præcellere videtur, tum cum acidis maximam effervescentiam facit. Ob ejusdem cum lacte similitudinem inuiciter pro gallactophoro usurpabatur. Ad saxorum rimas generatur, ex concreto aqueo terrestri liquore.

Ad Magnerem, quidam referunt substantiam quamdam Margaceam, maculis nigris interspersam, linguæ facile adherentem, quam Calamicam albam appellant, & cui miras virtutes adscribunt; præsertim inter philtres enumerant, sed id ad aniles fabulas Prudentes amandant.

## 9. OSTEOCOLLA. (Lapis)

RIZOLITHUS. Radicis populi nigrae, *Val. gen. 54. sp. 13. var. 1.*

LOC. Germania loca fabulosa.

PHARM. 1. Cilindri radicum, vel ossium figuram referentes 2. Flos osteocollæ.

QUALIT. Media inter terram, &amp; lapidem consistencia.

PRINCIP. Arena rudiori terra margacea permixta, tum bituminosa, atque salinae acido-urinosæ substantiæ aliqua portio?

VIS. Antacida, adstringens, abstergens, agglutinans?

USUS.

USUS. Fluor albus, Gonorrhœa, ossium Fractura ;  
calli Generatio.

USUS PRÆCIP. Ossium Glutinatio?

COMP. Emplastra ad fracturas ; Pulvis dentifricius  
quorundam.

DOSIS ℞j. ℞ij. ℞jss.

JUDIC. Inane, circulatorium remedium.

Circa profundas plantarum radices, populorum præsertim, ex quo ossium figuram acquirit, generari solet ; tempore extractionis mollior est quam si diutius servata fuerat ; menstrua acida quæ eam solvunt, flavedine inficiuntur.

Principia bituminosa si quæ sunt, petrolei naturam æmulantur ; & ad instar Selenitidis, vel Stalactitis ex liquore tartareo circa illas radices concrevit.

Veteres revera absque ulla probabilitate ab ossium figura, ossibus, mederi arbitrabantur.

2. Flos osteocollæ est materia quædam ad instar ligni putridi, circa Osteocollæ cilindros coadunata.

#### 10. SAMIA.

LEUCARGILLA alba. *Val. gen. 4. sp. 2. var. 2.*

LOC. Samus insula Maris Ægei.

PHARM. Eiusdem glebæ.

QUALIT. Leniter linguæ adhærens.

PRINCIP.

VIS. Adstringens, abstergens.

USUS.

USUS PRÆCIP. Oculorum inflammatio.

COMP. Collyria.

DOSIS ℞ss. ℞ij. ℞j.

JUDIC. Rara, inusitata, mechanica.

Ei succedanea est Cimolia alba, collyrion appellabant, qua oculorum Duz erant apud Veteres Samiæ spe- morbis medebatur ; altera duriuscu- cius ; altera mollior, quam etiam la, quæ Aster Samius dicebatur.

#### 11. CIMOLIA fullonum.

SMECHTIS candida. *Val. gen. 4. sp. 4. var. 1.*

LOC.



Loc. Anglia.

PHARM.

QUALIT. Saponacea.

PRINCIP.

VIS. Abforbens, abstergens, antacida; resolvens?

USUS. Ad Parotides, aliosque tumores resolvendos,  
Ventriculi affectiones.

COMP.

DOSES antecedentis.

JUDIC. Inusitata; usibus fullonum potius quam me-  
dicinæ inserviens.

A quibusdam vocatur Cimolia terra | las terreas leniter virtute subadstrin-  
quædam secedens a mola, qua cultros | genti gaudet.  
acuunt, quæque ob admixtas particu-

## 12. SELINUSIA.

Loc. Selinus olim Siciliae Urbs.

PHARM.

QUAL. Pinguis, austeriuscula, aqua facile solubilis.

PRINCIP.

VIS. Adstringens, resolvens? cosmetica?

USUS. Tumores resolvendi; maculae cutis remo-  
vendae,

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSES antecedentis.

JUDIC. Incerta, inusitata, cosmetica?

Potissime convenit ob virium, & quæ olim in Medicina usurpabatur.  
indolis similitudinem cum terra Chia.

## 13. CRETA alba.

CALX. nativa humo mixta. *Valer. gen. 2. sp. 6. var. 1.*

Loc. Olim Creta Insula, nunc ubique reperitur.

PHARM.

PHARM. Eadem lota.

QUALIT. Inodora, insipida, linguæ absque ulla ad-  
strictione maxime adhærens, manusque inficiens.

PRINCIP. Calcaria indolis, revera alkalina.

VIS. Absorbens, incrassans, acidum obtundens, ex-  
siccans, anthelminthica?

USUS. Ardor, & aciditas ventriculi; Dysuria ab  
acrimonia pendens; morbi omnes ab aciditate orti;  
Hæmorrhagiæ; Vermes; Bilis æstuans; Vulnera;  
& Ulcera.

USUS PRÆCIP. Acidum ventriculi cohibere.

COMP. Species, & morsula diacretæ; Decoctum cre-  
taceum pharm. Batteanæ.

DOSIS --- ℞. ʒj.

JUDIC. Non pauci facienda, præcipue in ventriculi  
aciditate compescenda, etiam si nunc obsoleta.

Creta cum lacte epota hujus ace-  
scentiam in ventriculo præpedit, ut  
Godofredus admonet.

Combustione in optimam calcem  
convertitur, & usibus omnibus calcis  
substitutui potest.

Huc pertinet, ut varietas, BO-  
LUS ALBA quæ in Moravia co-  
piose reperitur. Cretæ enim species

est, viscosa, subdulcis, adstringens,  
absorbenti, incrassanti & antacida  
virtute pollens; externe ad inflam-  
mationes erysipellaceas, atque ser-  
piginis infantum prodesse ajunt.

Datur etiam Creta nigra Khench-  
mani, seu nigrica fabrilis, sed ea  
metallis potius quam terris allinis  
est.

#### 14. RUBRICA fabrilis.

OCRA rubra cretacea. *Valer. gen. 46. sp. II. var. 4.*

LOC. Ferri fodinæ.

PHARM. Ejusdem glebæ.

QUALIT. Lapidis pene durities, stiptica quam ma-  
xime, & austeræ.

PRINCIP. Ferrum maxima copia, & inde ferri  
principia.

VIS. Quam maxime adstringens, martialium vires.

USUS. Dysenteria; Hæmorrhagia; cæteræ adstrictio-  
nis indicationes.

USUS



USUS PRÆCIP.

COMP. Tinctura ex ea cum spiritu salis conficitur, tum emplastra vulneraria, & exsiccantia.

DOSIS ℞. ℥j. ʒ℞.

JUDIC. Vires cum hæmatite collimant; interne est remedium, ob nimiam adstringendi facultatem, caute adhibendum.

Species quædam est hæmatitis ad ferri mineras referenda.

15. OCHRA.

OCHRA. Lutea vulgaris. *Val. gen. 46. sp. II. Var. I.*

LOC. Fodinæ Biturigenfes seu (du Berry)

PHARM. Glebæ ejusdem luteæ, vel igne rubefactæ.

QUALIT. Diverfi gradus consistentia, stiptica &c.

PRINCIP. Ferrum.

VIS. Adstringens, escarotica, cathetica, resolvens.

USUS. Vibex; Collifio; Tumores frigidi; Carnes fungosæ; Ulcera.

USUS PRÆCIP. Chirurgicus.

COMP. Emplastra escarotica, catharetica.

DOSIS antecedentis.

JUDIC. Picturæ magis, quam Medicinæ necessaria.

Ad ferreas substantias pertinet.

16. TRIPOLITANA.

TRIPELA LUTEA. *Valer. gen. 5. sp. 4. var. 2.*

LOC. Olim Tripolis, nunc Germania, Neapolis, & alibi.

PHARM.

QUALIT. Dura, aspera, stiptica, scabulosa.

PRINC. fabulum argilla permixtum, ferrum, salis ammoniacalis exigua portio.

VIS.

16 CLASSIS I. DE TERRIS MEDICIN.  
 VIS. Adstringens, exsiccans &c.  
 USUS. Sordida Ulcera.  
 USUS PRÆCIP.  
 COMP.  
 DOSIS antecedentis.  
 JUDIC. Nullo Medico usui inservit, mechanico ve-  
 ro multiplici.

Inter substantias sabulosas eam Va-  
 ler. posuit: præter ferrum, aurum su-  
 spicatur. Quæ enim argillosa super enuntia-  
 ta principia suppeditat; quæ sabulosa  
 aliquantisper vitrefcit.



CLAS-

stin  
 quo  
 vit  
 opu

L  
 que  
 solu  
 na  
 fap  
 E  
 peri  
 mol  
 sub  
 tibu



C L A S S I S II.

DE

Lapidibus Medicinalibus.

§. I.



On arctam olim lapides fossilium medicinalium seriem constituebant, immo veteres Medici tot, tantasque miras virtutes de his prædicabant, ut ad superstitionem etiam perducerent. Nunc tamen eorum fere omnis corrui-

stimatio, ac paucissimi in Medicina usurpantur, quos solummodo vetustissima consuetudo confirmavit; cui quidem morem gerentes forte plures quam opus sit proponemus.

§. II.

L Apides igitur corpora sunt fossilia, dura, ponderosa, non ductilia, & calcareis exceptis, neque ab acidis spiritibus, neque ab aqua, vel oleo solubilia, ignis viribus obnoxia, modo vero diaphana sunt, modo opaca, diversimode colorata, atque sapore plerumque destituta.

Eorum alii nativi sunt, & in propriis fodinis reperiuntur, in quibus peculiari methodo illos natura molitur, alii spurii sunt, seu potius concrementa ex substantiis, diversi generis infirme inter se coherentibus coagmentata.

Mat. Med. Contracta.

B

§. III.



## §. III.

**Q**ui ad Medicinam spectant in vulgares, figuratos, & pretiosos a quibusdam dividuntur; naturæ tamen magis consentaneum est, eos in Calcareos lapides, vitrescibiles, & apyros distingueret. Calcarei dicuntur qui ab acidis eroduntur, ac ignis vi in calcem, aut gypsum convertuntur; atque aliam a priori longe diversam post calcinationem naturam induunt. Gypsum autem in hoc a calce discrepat, quod aqua madefactum in solidissimam massam concresecat. Vitrescibiles hi sunt qui acidorum actioni resistunt, qui chalybe percussi scintillas emittunt, & vehementioris ignis ope ex se, vel addito sale alkalino in vitrum rediguntur. Apyri tandem qui ignis vim eludunt, neque in calcem, aut vitrum converti possunt.

## §. IV.

**L**apidibus affinia quædam concrementa recensentur, quæ tamen ad producta naturalia minime pertinent, sed potius naturæ recrementa appellari possunt. Talia sunt primo Aetites, & Bezoar mineralis plures species, quæ ex terris diversi generis, arenis, & substantiis metallicis in globulos concresecunt. Secundum locum obtinent Stalactites, & alia huiusmodi sedimenta, quæ ex particulis tartareis, seleniticis, margaceis ab aquis subterraneis intra cryptas investis, quiete in varias elegantes formas indurescunt. Tandem subsequuntur petrefacta, seu partes animalium, & vegetabilium in terra latebris abscondita, quarum poros superallata tartarea molecula ingressa lapidum duritiem amulantur.

## §. V.



## §. V.

**C**irca lapidum generationem plures extant sententia; alii lapides feminalibus rudimentis instructos esse credunt, quæ in terræ fodinis diffusa in grandiores massas, vegetantium more, tractu temporis augeantur; nonnulli ad salium crystallizationes lapides referunt; quidam eorum originem aquis foeteriis diurnitate temporis, & intensissimo frigore congelatis adscribunt; etiam principium lapidescens alii admittunt, quod terras, aliasque substantias in lapides convertat.

## §. V. I.

**V**erosimilior porro eorum videtur opinio, qui solas terreas homogeneas particulas in aquis suspensas, & mora, attractionis auxilio coalescentes, ad phenomeni explicationem sufficere censent.

Illæ enim moleculæ, si puriores fuerint, similes, & planis probabiliter terminatæ superficiebus aptius inter se cohærebunt, & lapides constanti figura præditos, & pellucidissimos efformabunt, quos gemmas vulgus appellat.

Si impuriore fuerint hæc elementa irregulari figura donata, ac nonnihil heterogeneis principiis referta, pro diverso puritatis gradu, Silices, Jaspides, & affinia plus minusve translucida suppeditabunt. Tandem quando crassiora lapidea rudimenta multum heterogenearum partium contineant, infirmeque inter se coeant, marmora, lapides calcarei, & cætera viliora concreta procreabuntur. Quod hæc præ aliis sit amplectenda sententia non contendo. Id tamen lapidum productioni commune est, quod in sua prima origine fluidi sunt, quod in propriis fodinis mol-



20 CLASSIS II.  
iores apparent, quam ex his excisi in quibus tem-  
poris diuturnitate increfcunt, & speciali plerumque  
figura donantur, colores vero diverfos a Metallis  
omnes agnofcunt, lucem etiam fere omnes amittunt,

§. VII.

**P**Rincipia exigua funt, & incerta; & fi que a par-  
tibus metallicis, sulphureis, & falinis habent,  
hec nulla habita proportione majori vel minori quan-  
titate lapides diverfos intrant prout huic, vel illi  
metallice vene propinquos fortiti funt natales; quare  
neque ftatuere ea certe poffumus, neque pro exigui-  
tate, obfoletoque ufu intereft perfcutari; Calcarei  
tamen poft calcinationem falino-alkalinam indolem  
preferunt, & sulphureo-urinoſum principium oſten-  
dunt.

§. VIII.

**Q**ua propter plane patet eorundem vires, vel  
infirmas eſſe pro inopia principiorum; idemque  
de his animadvertendum eſſe quod de terris  
ſuperius admonuimus, vel dubias eſſe pro diverſa  
ratione, & natura heterogeneorum, que nulla de-  
terminata lege a natura mutuantur. Calx tamen in  
Medicina magni facienda eſt, ut ſuo loco demon-  
ſtrabimus, uſiſſimasque proprietates poſſidet; Gy-  
pſum vero excipiendum, quod in inteſtinis in mar-  
moream maſſam concreſcit, nocuumque deprehen-  
ditur.

§. IX.

**V**Eteres ab habitu externo & colore ducti lapi-  
dum facultates perperam deſumebant; quare  
lapides Judaicos calculorum figuram referentes cal-  
culos eodem infringere putabant. Variolatum lapi-  
dem



DE LAPIDIBUS MEDICINALIBUS: 21

dem a macularum signatura, Galactitem a lacteo colore &c. variolis, lactisque inopie prodesse arbitrabantur; & apud eos amuletorum, & gamatheorum provinciam constituebant; sed nulla fide inanes has fabulas apud rationales Medicos dignas esse omnes fati noscunt.

§. X.

**H**odie lapis Calcareus, & quinque fragmenta pretiosa apud Medicos, tantum usum obtinent; quæ, si Godofredo fidendum sit, non omni efficacia destituuntur; nihilo tamen minus vetustissimæ consuetudinis potius quam præstantiæ ratione in quibusdam compositionibus usurpantur; ceteros vero lapides plerumque Medici contemnunt, & ab arte profus ablegant.





## LAPIDES

*Calcarei.*

17. **LAPIS CALCAREUS**, seu calculus litoralis Diosc.

**LAPIS CALCAREUS** æquabilis griseus, *Valer. gen.*  
7. sp. 1. var. 2.

**LOC.** Ubique ad montium plagas.

**PHARM.** 1. Lapis crudus; 2. calx viva, seu lapis calcinatus; 3. calx extincta; 4. aqua calcis; 5. lac calcis; 6. cremor calcis; 7. an fal ullum?

**QUALIT.** Durus, ponderosus, post calcinationem in aqua incallescens.

**PRINCIP.** *Lapis* multa terra; pauca substantia unguinosa, mineralis; aquæ aliqua portio; parum vitriolici principii; an spiritus urinofus aliquid hærens?

**PRINCIP.** *Calcis*. Terrea lapidis basis solubrior, & subtilior facta, quæ plures salium qualitates acquisivit; præsertim alkalino-fixorum: extricatur etiam principium sulphureo-salino-urinofum.

**VIS.** 2. Depilatoria, corrodens, vesicatoria; 2, 3. 4. gangranas, & carnes fungosas sistens; 3. 4. excarotica; mundificans, abstergens, cicatrizans; 4. antacida, diuretica? diaphoretica?

**USUS.** *Extrinsicus* 2. 3. 4. Ulcera, 2. Arthritis; 3. 4. Scabies, Erysypela. *Intrinsicus*, 4. Hydrops, Viscerum obstructio, Scorbutus, Hamorrhagia, Fluor albus, Dysenteria, Asthma, pulmonum Ulcus.

**USUS PRÆCIP.** 3. 4. Ulcera externa; 4. & pulmonum,

COMP.



COMP. 2. epithemata ; liquores ; & lapides caustici Chirurgorum ; psylotbra , spiritus volatiles salis ammoniaci , & urinæ ; sal alkali Basilianum ;  
4. Aqua phagedenica ; Aqua calcis vulneraria , seu composita nosocomii Bononiensis.

DOSIS 4. ℥j. ℥jv. ℥vj-viiij.

JUDIC. 4. in ulceribus pulmonum jam repurgatis cicatrizandis non parum prodest ; 2. 3. cetera saltem ab interno usu proscibenda.

Calx viva ob nimiam causticam virtutem omnino erit ab interno usu excludenda ; caute etiam extrinsecus adhibenda , vel , si unquam , extincta potius esset usurpanda .

Eadem jam extincta nova calcinatione suas recuperat vires .

Ad aquam calcis consiciendam non aqua simplex , sed decoctiones plantarum balsamicarum adhiberi solent ; vel eadem plantæ calci ipsi extinguendæ adduntur ; & tunc aqua calcis vulnerariæ nomen acquirit . Raro aqua primæ extinctionis , sed secundæ , vel tertiæ Practici utuntur ; earum , quæ recens , diutius servata est anteferenda .

Hujusmodi frequens usus alvi firmitatem , maciem , anorexiam producit . Quare ab ea cavendum in illis , qui his morbis sunt obnoxii ; ad hoc enim incommodum vitandum eam vino conjungunt .

In pulmonum affectionibus aquam calcis cum lacte simul hauriendam esse suadent , tum ad corrigendam vim adstrictoriam , cum ad materiam sanguinis nutritioni suppeditandam .

Ad cachexiam , hydropem , scorbutum eximium ajunt esse remedium , si tincturis antimoni , & metallorum admisceatur : id tamen felicius frigidiori solo evenisse , quam apud nos experti sunt ; quapropter his usibus omnibus aqua calcis nostra vulneraria ceteris anteponenda , de qua vide

Burletum , qui fufus de ea pertraxit .

De sale calcis plura essent animadvertenda digna , quæ heic enumerare omnia molestim foret . Primo enim tum aqua , cum calx ipsa salino-alkalinam indolem demonstrant ; non solum ob incalescentiam tempore extinctionis manifestam ; sed etiam quod decoctiones aquæ calcis cum sulphure peractæ idem solvant , & rubro colore inficiantur , quod Alcalinorum proprium est ut in hepate sulphuris consiciendo novimus ; Eadem decoctiones sedimentum relinquunt ex natura Tartari vitriolati .

Ut enim quadam circa hanc rem Recentissimorum experimenta referam . Monsieur du Fay reiteratis lxxviis a viva calce extraxit magna quoddam prius cum acidis fortiter effervescentem , deinde lotionibus repurgatam nullam amplius effervescentiam notam præferens , tamen in cella subterranea repositum perfecte ad instar salis tartari deliquebat . Hæc inter se repugnantia Phenomena sane paradoxum faciunt .

Recentissimus tandem Monsieur Malouin pluribus experimentis evicit , idem neutrum esse , & ad naturam salis selenitici prorsus accedens ; cui etiam nos recte assentiri putamus pluribus innixi rationibus , quas hic enuntiare inopportunitatem existimamus ; Eorum experimentorum seriem vide apud M. Maquer pag. 52 .



18. ALABASTRUM, 1. album, 2. citrinum;  
ALABASTRUM, 1. candicans 2. . . . *Valer. gen. 9.*  
*sp. 1. var. 1.*

LOC. Olim Alabastrum Frigiæ Urbs? Hodie Italia;  
Insulæ Forçenses, Germania &c.

PHARM. Utrumque pulveratum, vel calcinatum.

QUALIT. Media inter lapides, & terras consisten-  
tia; micans.

PRINCIP.

VIS. Adstringens; refrigerans?

USUS. Imi ventris Fluores; stomachi, & capitis  
Dolores; oculorum Lacrymatio.

USUS PRÆCIP. Hemisrania.

COMP. Unguentum alabastrinum; frontalia, denti-  
fricia, collyria.

DOSIS nulla.

JUDIC. Obsoletum, interne suspectum, Fictoribus  
opportunitissimum.

Circa ejusdem etymologiam discre-  
pant Auctores. Alii ab urbe Phrygiæ  
nomen derivant; alii vas unguenta-  
rium olim alabastrum fuisse asserunt;  
Quidam mensuram Ægyptiacam ala-  
bastrum putant.

Citrinum nonnisi colore, vel puri-  
tate a candido differt; ex utroque gy-  
psum perfectissimum conficiunt.

In subtilissimum polinem redactum;  
& in capsula igni super impostum ad  
instar liquoris fluat. Vid. Boile.  
Unguentum alabastrinum a ceteris  
componentibus anodynam virtutem  
acquirat; ceteroquin ei nonnisi majorem  
consistentiam præbet; de cetero  
gypsi nocuos habet caracteres.

19. NEPHRITICUS. 1. Indicus. 2. Vulgaris.

GYPNUM. Viride, semipellucidum, fissile. *Val. gen.*  
*9. (1. 2.) sp. 9. var. unica.*

LOC. 1. Nova Hispania, Ægyptus. 2. Bononia,  
& alibi.

PHARM. Amuletum, Pulv.

QUALIT. Striatus, scissilis, gypso affinis.

PRINCIP.

VIS. Lithonthryptica?

USUS.



DE LAPIDIBUS MEDICINALIBUS. 25

USUS. Calculus, & renum Aegritudines.

USUS PRÆCIP.

DOSIS I. 2. gr. VI. gr. XII. ℞j. - ʒj & ultra  
sine fructu.

JUDIC. Superfluous, superstitiosus.

Novæ Hispaniæ Incole infantum crepundia conficiunt tum etiam vascula fabrefaciunt, quibus opportunas potiones hauriendo, nephritidi mereri credunt. Vires ejusdem cum lapide Judaico, & Selenitide conveniunt.

20. BONONIENSIS.

PHOSPHORUS. Bonon. *Val. gen. 9. sp. 8. var. Unica.*

LOC. Mons Paternus circa Bononiam & alibi.

PHARM.

QUALIT. Ponderosissimus, intus a centro ad peripheriam radiatus, ustus sulphur redolens, lucem emittens.

PRINCIP. Post calcinationem multum sulphuris extrahitur, & non nihil arsenicalis principii.

VIS. Depilatoria, cosmetica, emetica, excarotica.

USUS. Maculæ cutaneæ.

USUS PRÆCIP.

COMP. Muliercularum fuci.

DOSIS nulla.

JUDIC. Inusitatus, rarus, curiosus.

Certis quibusdam methodis calcinatur, & tunc postquam lumini expositus fuit, si in cubiculo obscuro observetur, prunæ ad instar fulget, & nomine phosphori Bononiensis insignitur: de quo plura Curiosi, & Phisici tradiderunt. Vide Commen. Accad. Bonon. p. 186.

21. SPECULARIS.

SELENITES. Alba. *Val. gen. 9. sp. 4. var. I.*

LOC. Bononia, Thuringia, Moscovia, & alibi.

QUALIT. Habitus talci pellucidus, flexilis, scissilis.

PRIN-



PRINCIP. Sal seleniticum.  
 VIS. Subadstringens sensum, externum excitans.  
 USUS. Paralysis, Ulcera, Dysenteria.  
 USUS PRÆCIP.  
 COMP. Vinum antidyfentericum Vormii.  
 DOSIS nulla.  
 JUDIC. Superfluous, cosmeticus, mechanicus.

Talci, & lapidis Bononiensis cosmeticis usibus substituitur.

Diversum est a vitro Ruthenico, quod apyrum est.

Ex eo pluribus in locis gypsum seu quod *Stucco* dicunt, confici solet, etiam specularia pro lacernis, aut fenestris efformant.

Ufus internus valde suspectus est; in ventriculo enim duritiem marmorream acquirit, & primas vias obstruendo plures morbos parit; verum cum acidis non effervescit. CRY.

STALLUS ISLANDICA hic

locum habet, lapis scissilis est, figuram romboidalem etiam in minimis constantiter asservans, calcareus etiam, & ad naturam Selenitidis accedens, sed parum ad Medicinam conducit, Curiosorum Museo illustrat, & Philosophicis contemplationibus elegantissime favet; Ex eo, uti plures alia angulosa, & diaphana naturales concretionis præstant, si primata conciantur ad radios luminis coloratos sejungendo duplitem imaginem præbet, de quo Opticam Newtonianam perlege.

## 22. STALACTITES. seu tartarus aquarum.

STALACTITES. griseus calcareus. *Val. gen. 53. sp. 3.*

*var. plures.*

LOC. Aquæ thermales fere omnes.

PHARM.

QUALIT. Aqua insolubilis.

PRINCIP. Multa terra, parum salis selenitici.

VIS.

USUS.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS nulla.

JUDIC. Prorsus inusitata.

impropric calci substituitur.

Pro diversitate aquarum, quibus in istiusmodi aquis immersa, quorum stalactites conerescit alia heterogenea principia secum abripit; Ligna videntur lapidecere; medium locum tenet



DE LAPIDIBUS MEDICINALIBUS. 27

tēnet inter lapidem & falem; ratione infolubilitatis. Qui tales aquas hauriunt calculo laborant, ut saepe Bononiae observavi; huic addi potest

CRYSTALLUS CALCARIAS, species quaedam Stalactitidis est aliqua pelluciditate donata,

23. AETITES.

AETITES. Terra inclusa Geodes, Val. gen. 60. sp. 2.

var. plures.

Loc. Loca fabulosa.

PHARMAC. Nucleus, seu calimus; Pulv.

QUALIT. Squamosus; intus cavus; lapillum, aut arenam continens; leniter stipticus; argillaceus.

PRINCIP. Pro diversitate soli diversa, etiam si exigua; aliquid tamen principii martialis plerumque eminet.

VIS. Subadstringens.

USUS. Fluores alvi, & uteri.

USUS-PRÆCIP.

COMP.

DOSIS

JUDIC. Inusitata, Sympathica, Magica, ableganda.

Inutiles, & ridiculas virtutes huic lapidi quidam adscribunt, tum ad præcavendum, cum ad promovendum abortum, nulla tamen ratione, aut experientia comprobata, Hujusmodi diverse species communi nomine Geodes appellantur quæ si lapillum in sua cavitate retineant, hoc Calimum nuncupant, si aquam, hanc Enhydron appellant.

24. BEZOAR minerale.

GEODES. Val. gen. 60. sp. 2. var. 2.

Loc. Sicilia circa Montem Adonium, sed etiam alibi prope fodinas.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Squamosus.

PRINCIP. Multa terra indurata; an nonnihil salini principii, aut ferrei?

VIS.

**VIS.** Subadstringens, antiacida, alexipharmaca? antidota? diaphoretica?

**USUS.** Venena; Febris putrida; humorum Acrimonia.

**USUS PRÆCIP.**

**COMP.**

**DOSIS.** gr. XII. ʒβ.

ʒj.

**JUDIC.** Iners, incertum.

Non raro pro genuino lapide BEZOARDICO a Circumforaneis divenditur.

An Bezoar Occidentale hujus generis sit plures credunt.

TERRA BEZOARDICA SICULA seu terra Diaboli hic certe locum obtinet, quæ in mensium suppressione a quibusdam prædicatur.

## 25. CRUCIFER.

**LOC.** Hispania prope Sanctuarium divi Jacobi.

**PHARM.** Amuletum.

**QUALIT.** Cornum bubulum æmulans, cinereus, nigris maculis refertus, & quocumque modo sectus crucis figuram representans.

**PRINCIP.**

**VIS.** Adstringens, galactophora?

**USUS.** Hæmorrhagia, Febres, & lactis Inopia.

**USUS PRÆCIP.**

**COMP.**

**DOSIS** nulla.

**JUDIC.** Inusitatus, superstitiosus, incertus.

Ad instar amuleti contra morbos superallatos superstitiose usurpabatur. An inter petrefacta recensendus?

## 26. PUMEX.

PUMEX albus. Val. gen. 52. sp. 1. variet. plures.

LOC.



LOC. Circa montes astantes, & litora Maris propinqua.

PHARM. Idem crudus, ustus, utriusque Pulv.

QUALIT. Cinereus, valde porosus, aqua levior, arenosus.

PRINCIP. Terra multa; diversi generis salium, & metallorum imperfecte calcinatorum recrementa.

VIS. Abstergens, exsiccans, adstringens, refrigerans?

USUS. Ulcera, Strumæ, Dentium nigredo, oculorum Ungues, Vomitus pertinax.

USUS PRÆCIP.

COMP. Dentifricia, collyria.

DOSES ℞j. ʒss. ʒj.

JUDIC. Param usitatus, Mechanicus.

Vulcanorum eruptiones esse opinantur, etiam si quidam corpora fossilia sui generis eos esse existimaverint; ex eo quod frequenter circa Rheni, & Mosellæ confluentiam aquis innatans

hic lapis reperitur; sed hunc lapidem ex reconditis pyrophilacitis facile possunt aquæ Soteria ad superficiem fluminum perducere.

27. SPONGIÆ.

*Valer ad gen. 53. sp. 2. referendus.*

LOC. circa Spongas, conculas, & plantas marinas.

PHARM. Ustus. Pulv.

QUALIT. Levis, porosus, cinereus, subsalsus.

PRINCIP. Nonnihil salis marini.

VIS. Abstergens, resolvens, diuretica, anthelminthica.

USUS. Strumæ, Vermes, Calculus.

USUS PRÆCIP.

COMP. Pulvis anthelminthicus quorundam.

DOSES ℞j. ʒss. ʒj.

JUDIC. Virtus exigua, maris repudium, inusitatus, frequens.

Infirmas habet corallinæ anthelminthicas virtutes

Vi-



## Vitreſcentes.

## 28. SILEX.

SILEX igniarius per arva obuius. *Val. gen. 13. sp. 3.*  
*Var. 1.*

LOC. Ubique ad montium plagas.

PHARM. Idem aqua, vel aceto extinctus, Pulv.

QUALIT. Plerumque pellucidus, igniferus.

PRINCIP.

VIS. Abstergens, adstringens, lithonthryptica.

USUS. Dentium Tartarus, Calculus, & Odontalgia.

USUS PRÆCIP.

COMP. Dentifricia.

DOSIS gr. V. gr. X. gr. XX.

JUDIC. Obſoletus, mechanicus.

Ex eo ut ex congeneribus vitrum conficitur.

Calculorum generationi favet potius, quam eisdem infringat; ſcimus enim quod hæc corpora inſolubilia nuclea calculorum conſtituunt, & eos producere facile poſſunt.

Dentibus mechanicæ prodeſt ut ſabulum faceret.

His valde affines ſunt Chalcidionius, Cameſnius, & Achates, qui puritatis gradu colore, & pelluciditate tantum inter ſe diſſerunt CHALCIDION, ſi quæ ſunt, eandem poſſident virtutes Silicis, cum tamen valde alkalinum putant. Puriſſimum vitrum ex hoc confectum Crystallum dicunt.

CAMEHNIA, ſeu ONYX, qui pariter frequens eſt, colore corneo, ac zonis opacis inſtructus; præter ſupereruntiatas virtutes in Collyriis

ad oculorum ulcera utilis exiſtimatur. Mechanicus tantum eſt, & ad ſigilla conſicienda opportuniſſimus; in Medicina vero fruſtraneus.

ACHATES, quæ in India, & alibi; ſed in Sicilia præſertim frequentiſſima eſt. Medium quaſi locum tenet inter Jaſpidem, & Silicem, ad poſteriorem tamen magis pertinet. Hæc eleganter variegata, & punctulis metallicis quandoque interſperſa eſt; ſpecialiter Venenis, & uteri hæmorrhagiæ prodeſſe putant, ſed potius colorum varietate, quam Medicis facultatibus noſtram exiſtimationem mereat; adeſt tamen Emplaſtrum Diachatæ Actii.

A coloris, & macularum diverſitate Sardachates, Leucachates, Dentrachates, Corallachates nuncupantur.

## 29. CARNEOLUS, ſeu SARDONIX.

CARNEOLUS ruſcens, ſardus. *Val. gen. 13. sp. 5.*

*Var. 2.*

LOC.



DE LAPIDIBUS MEDICINALIBUS. 31.

LOC. India, Ægyptus, Sardinia, & alibi.

PHARM. Amuletum, Pulv.

QUALIT. Translucidus, colore carneo, lineis aliquando refertus, & cortice quodam pinguedinose obtectus.

PRINCIP. Aliquid martialis.

VIS. Tonica, subadstringens.

USUS. Diarrhœa, Dysenteria, sanguinis fluxus.

USUS PRÆCIP.

COMP. Pulvis Bezoardicus Sennerti, & Pannonicus rubrus.

DOSIS. ℞. ℞ij. ℞iij.

JUDIC. Obsoletus, fabulosus, mechanicus.

Perperam plures sympathicas superfluitiosas, & ridiculas virtutes ei tribuerunt animum exhilarandi, timorem pellendi; quare ad Talismanica conficienda olim usitatissimus fuit.

30. JASPIS. 1. vulgaris. 2. viridis.

JASPIS. 1. variegata: 2. variegata, obscure viridis, punctulis intense rubris. Val. gen. 14. sp. 7. var. 1. & var. 7.

LOCUS. 1. Hispania ad montes Pyreneos, Sicilia, & alibi. 2. India utraque.

PHARM. 1. Pulv. 2. Amuletum.

QUALIT. Achate mollior; opacus; nitens.

PRINCIP.

VIS. 1. Adstringens. 2. Sympathica?

USUS. 1. 2. Fluores omnes. 2. præsertim sanguinei.

USUS PRÆCIP. 2. Narium hæmorrhagia.

COMP.

DOSIS. j. - - - ℞. ℞ij.

JUDIC. Inusitatus, fabulosus &c.

Jaspis e diverſi generis aut metalli-  
cis particulis cum liquore Achateo  
coagmentatur; Quare pro diverſitate  
compositionis, ſi quæ ſunt, indeter-  
mina-



minatas vires acquirit. Ei affinia sunt PRASIUS, qui in Indiis, Boemia, & alibi repetitur, viridemque colorem praefert; neque rarus, neque utilis sed omnino obsoletus. Hujusmodi plures dantur species macularum varietate inter se diversa. Habetur etiam Crysolithi species Prasius dicta apud Valer.

VARIOLATUS in Indiis invenitur, & ita maculis refertus est, ut pustulas variolosas ostendat; quare improprie variolis prodesse praedicantur.

GALACTITES inter Jaspides Valerius posuit; sed vulgaris hic lapis a Jaspidis natura multum revera distat.

### 31. OPALUS.

OPALUS lactei coloris ex rubro-viridi caeruleo, & flavo varicolor. *Val. gen. 13. sp. 8. var. 1.*

Loc. India, Insula Ceilan, Europa.

PHARM. Amuletum.

QUALIT. Lacteus, translucidus.

PRINCIP.

VIS. Cordialis? antidota? exhilarans?

USUS. Oculorum Morbi, Venena, Melancholia;

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS. Antecedentis.

JUDIC. Obsoletus, superstitiosus, pretiosus, mechanicus.

Ut omnes colores ceterarum gemmarum, ita omnes virtutes possidere creduli putabant; quare Gemma gemmarum etiam dicebatur. Arte numquam perfecte imitari possumus.

### 32. LAZULUS.

LAZULUS obscure caeruleus punctulis pyritaceis. *Val. gen. 14. sp. 6. var. 1.*

Loc. I. Cyprum, & cetera Orientis plagae Italia, Germania, & alibi; auri, cupri, & argenti fodina.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Pulchre caeruleus, micantibus interspersus metallicis lamellis.

PRINCIP. Ferri, cupri non exigua portio, tum aliquid



DE LAPIDIBUS MEDICINALIBUS. 33

quid salini, vitriolici; terra non pauca metallica.

VIS. Adstringens, purgans, cordialis?

USUS. Mania; Melancholia; Apoplexia; Febris intermittens; Epilepsia.

USUS PRÆCIP.

COMP. Confectio alckermes, Pillula de lapide Lazuli.

DOSES gr. VI. ʒß. ʒj.

JUDIC. Inusitatus, suspectus, pictorius.

A cupro, & vitriolo purgantem, & adstringentem vim agnoscit, quam lotionem infringi perperam creditur. Ex eo pretiosissimum colorem ultramarinum conficiunt. Orientalis magis igni resistit, Occidentalis facile calcinatur.

Chemici tincturam, magisterium, & elyxia elicuerunt, nunc tamen obsoleta. ARMENUS huc pertinet,

qui omnibus cum superiori convenit; nisi quod violentius purget, ex quo pariter Pictores azureum colorem præparant.

Ab Alexandro Traliano hellebori albi usibus substituebatur.

Suspecta sunt remedia, ad cupri naturam referenda, ex quo vomitum sæpe præter opus promovent.

33. CRYSTALLUS Montana.

CRYSTALLUS exagona non colorata. *Val. gen. 16. sp. 1. var. plures.*

LOC. Ad alpium juga, Germania præsertim, & Italia.

PHARM. Idem præparatus. Pulv.

QUALIT. Translucidus, glaciem referens, exædrus, ignis impatiens, aliquando coloratus.

VIS. Abstergens, adstringens, antiacida, tonica; galactophora? lithonthryptica?

USUS. Primæ viæ Aciditas; alvi Fluxus; Fluor albus; lactis Inopia; Calculus.

USUS PRÆCIP. Dentifricia.

COMP. Unguentum citrinum.

DOSES --- ʒj. ʒj.

JUDIC. Iners, obsoletus, mechanicus.

*Mat. Med. Contracta.*

C In

In sua origine fluidum fuisse ratio, & experientia docet; quod sit glacies tantum indurata, improbabile videtur. An constituat basim omnium gemmarum? Fortassis. Beccherus testatur ex eo oleum elicuisse, cui difficulter assentimur. In dentificiis mechanice locum habet. Quidam Arsenico intus sumpto mederi credunt; sed nollem hoc remedio indigere.

## 34. ADAMAS.

GEMMA pellucidissima, duritie summa, colore aqueo, igne persistens. *Val. gen. 16. sp. 7. var. plures.*

LOC. Golconda; Borneum.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Durissimus, pellucidissimus, scissilis.

PRINCIP.

VIS. Mechanice corrodens, exulcerans.

USUS.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. Iners, inusitatus, mechanice venenatus, pretiosissimus, mechanicus.

Nonnisi speculo Ustorio in lamellas, que spiculis intestina exulceret; dividendi, & fundi potest; Eo de nomine venenum est quod nequeat in subtilissimum pollinem reduci, suisque profcriberetur.

## 35. RUBINUS.

GEMMA pellucidissima, duritie secunda, colore rubro in igne permanente. *Valer. gen. 16. sp. 8. var. plures.*

LOC. Taprobana, Peguum, Boemia.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Eleganter rubicunda.

PRINC. Ferrum.

VIS. Abstergens, adstringens.

USUS. Granatorum.

USUS



USUS PRÆCIP.

COMP. Lapis Goa; Electuarium de gemmis; Confectio hyacinthina.

DOSIS Ḑβ. Ḑj. Ḑij.

JUDIC. Superfluous, usitatus, pretiosus.

Creduli ei tribuunt virtutem compefcendi luxuriam, & alia hujusmodi.

36. SAPHIRUS.

GEMMA pellucidissima, duritie tertia, colore caruleo, in igne fugaci. *Val. gen. 16. sp. 9. var. plures.*

LOC. India utraque, Taprobana, Germania.

PHARM. Pulv.

QUALIT.

PRINCIP. Cuprum, & æris sulphur.

VIS. Æris vires, adstringens, & abstergens.

USUS. Cordis Debilitas.

USUS PRÆCIP.

COMP. Confectio hyacinthina.

DOSIS.

JUDIC. Superfluous, usitatus, pretiosus.

Credunt spiritus animales excitant. In mare, & feminam quidam dicunt, venenis resistendo, validam esse. | stinguere solent.

37. TOPATIUS, seu Chrysolitus Veterum.

GEMMA pellucidissima, duritie quarta, colore aureo, in igne permanente. *Val. gen. 16. sp. 10. var. plures.*

LOC. Brasilia, Arabia, Germania.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Aureo colore rutilans.

PRINCIP. Exigua ferri portio.

VIS. Subadstringens, exhilarans?

USUS.

C 2

USUS, Hemorrhagiæ.

USUS PRÆCIP.

COMP. Confectio hyacinthina, & lapis Goa,

DOSIS. Antecedentis.

JUDIC. Superfluus, usitatus, pretiosus.

Molestis infomniis, & melancholiz adyersarij crediderunt, quo de nomine confectio hyacinthinae addi solet. Inter gemmas admodum durus, & pretiosus est.

### 38. SMARAGDUS.

GEMMA. Pellucidissima, duritie quinta, colore viridi, in igne permanente. Val. gen. 16. sp. 11. var. plur.

LOC. India, Arabia, Peruvia, Germania.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Friabilis; quædam species in igne flammam cæruleam emittunt.

PRINCIP. Non nihil æris.

VIS. Adstringens, cordialis?

USUS. Hæmorrhagiæ; Fluxus uteri, & albus; Hæmorrhoides; cordis Debilitas.

USUS PRÆCIP.

COMP. Electuarium de gemmis, Confectio hyacinthina, Lapis Goa.

DOSIS. Antecedentis.

JUDIC. Mechanicus, pretiosus inter gemmas, etiam in Medicina præstantior.

Sunt etiam pseudosmaragdi, qui in Helvetia effodiuntur, sed ad Crystal- li colorati species referuntur. Godofredus putat aliquam, etiam si exiguam, actionem habere, et ex eo quod in igne flammam concipiat, & coloris amittat. Valer. tamen contrarium tenet.

### 39. CHRYSOLITHUS, seu Topatius Veterum.

GEMMA, Pellucidissima, duritie sexta, colore viridi,



DE LAPIDIBUS MEDICINALIBUS. 37

di, subflavo in igne fugaci. *Val. gen. 6. sp. 12.*

*var. plures.*

LOC. Arabia, Æthiopia, Bohemia.

PHARM.

QUALIT. Rutilans.

PRINCIP. Non nihil ferri, & cupri.

VIS. Smaragdi vires, sed infirmiores.

USUS.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS. Antecedentis.

JUDIC. Prorsus inusitatus, pretiosus.

Auctores facillime confundunt Chrysolithum cum Topatio ob nomen promiscuum usum. Est etiam Prasi species inter Chrysolithos a Valerio varietate quata enuntiata.

40. AMETHISTUS.

GEMMA. Pellucidissima, duritie septima, colore violaceo, in igne liquefcens. *Val. gen. 16. sp. 13. var. plures.*

LOC. Utraque India, Germania, Italia.

PHARM. Pulv. Amuletum.

QUALIT.

PRINCIP. Nonnihil ferri.

VIS. Abstergens, absorbens, antiacida, antidota.

USUS. Alvi, Fluxus, Abortus præcavendus, Venæna, Ebrietas.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS. Antecedentis.

JUDIC. Inter gemmas vilissimus, inusitatus.

Vulgo eidem vires tribuuntur ebrie. admoveatur; quod inane remedium est, si regioni ventriculi est.

## 41. GRANATUS.

GEMMA Plus minus pellucida, duritie octava, colore obscure rubro, in igne permanente, lapide liquescente. *Val. gen. 16. sp. 14. var. plures.*

LOC. Italia, Bohemia frequentissimus.

PHARM. Amuletum, Pulv.

QUALIT. Speculi Ustorii ope in massam metallicam reducitur, quæ a magnete attrahitur.

PRINCIP. Ferri non exigua copia.

VIS. Ferro infirmior.

USUS. Speciatim Melancholia?

USUS PRÆCIP.

COMP. Confectio hyacinthina, Electuarium de gemmis.

DOSIS. Antecedentis.

JUDIC. Superfluous, pretiosus, superstitiosus.

Non raro invenitur in centro sili-  
cum, & aliorum lapidum. re potissime exillimarunt. Sed id in-  
ter anniles fabulas recenietur.  
Cor recreare animumque exhilara-

## 42. HYACINTHUS.

GEMMA. Plus minus pellucida, duritie nona, colore ex flavo rubente, in igne fugaci. *Val. gen. 16. sp. II. var. plur.*

LOC. Calecutium, Taxila, Lusitania, Bohemia, Silesia.

PHARMAC. Pulv. Amuletum.

QUALIT.

PRINCIP. Ferri nonnihil, & fortasse plumbi.

VIS. Subadstringens, cordialis, paregorica?

USUS. Cordis Debilitas, Spasmus, Hamorrhagia.

USUS PRÆCIP.

COMP. Confectio ejusdem nominis, Electuarium de gemmis, lapis Goa.

Do-



DOSIS. Antecedentis.

JUDIC. Usitatissimus, infirmæ virtutis, pretiosus, mechanicus,

Hyacinthus Veterum a colore violaceo nomen sumpsit, fortassis erat Amethystus Recentiorum. A Pharmacopolis Occidentales adhibentur, quia viliori pretio venundantur; ideoque compositiones semper infirmioribus viribus gaudent.

43. BERYLLUS.

GEMMA. Pellucidissima, duritie decima, colore Thallassino, igne liquabilis, *Valer. gen. 16. spe. 16. var. unica.*

LOC. Taxila, Taprobana.

PHARM. Amuletum.

QUALIT. Coloris aquæ marinæ.

PRINCIP.

VIS.

USUS.

COMP.

DOSIS. Antecedentis.

JUDIC. Inusitatus, inutilis, pretiosus.

Eiusdem color aliquando tantum Adamante confundant, palefcit, ut etiam ipsi Gemmarii cum

*Apyri.*

44. AMIANTUS, seu linum fossile.

AMIANTUS. Fibris mollioribus paralellis facile separabilibus, *Valer. gen. 21. sp. 1. var. unica.*

LOC. Cyprum, Creta, Rhodus, Corcyra, Insulæ Mediterranei, Pyrenæi montes, Suecia, pluresque Germaniæ fodinæ.

C 4 PHARM.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Stipticus.

PRINCIP.

VIS. Subadstringens, pruriginem faciens, antidota?

USUS. Tinea, Scabies, Paralyfis, Venena.

USUS PRÆCIP.

COMP. Unguent. ad tineam quorundam.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. Inusitatus, rarus, curiosus.

Quidam confundunt Amiantum cum alumine plumoso ob habitus externi similitudinem; sed corpore longe sunt inter se diversa.

Ex eo Veteres lintea incombustibilia conficiebant, quibus defunctorum cadavera involvendo eorum cineres facile a ceteris pyræ secernebant.

Pariter papyrum incombustibilem

elaborabant, a quo exarata litteræ ignis vi facile elidebantur.

Habent Sina suum linum incombustibile ex cujusdam vegetabilis cortice paratum, de quo plura experimenta coram Academia Lugdunensi patrata sunt.

Quidam ad ligna lapidifacata Amiantum pertinere arbitrati sunt.

44. OPHITES, seu Serpentinus.

OLLARIS. Solidus, virescens, maculosus, polituram admittens. *Valer. gen. 19. sp. 1. var. 1. & seq.*

LOC. Africa, Germania.

PHARM. Vascula ex eo confecta, Pulv.

QUALIT. Viridis ad instar serpentis, maculis albis refertus, nunc Porphyritis, nunc Alabastris dicitur.

PRINCIP. Salis aperientis ulla portio?

VIS. Resolvens, aperiens, lithonthryptica? antidota? cephalica?

USUS. Venena, & venenati Morsus; Calculus; capitis Dolor.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. Obsoletus, Mechanicus.

A si-



DE LAPIDIBUS MEDICINALIBUS. 41

A signatura exuviarum serpentum non abfimili perperam eorum itibus mederi putarunt. Vafcula ex eo confecta ad aquam hauriendam adhibentur, hancque falubriorem evadere fibi fuadent, ac tunc falem quemdam aperientem fe parari credunt.

46. TALCUM, 1. argenteum, feu agyrolithus Chemicorum. 2. Viridiufculum, feu Venetum. 3. Flavum. 4. Nigrum.

1. TALCUM albicans, lamellis pellucidis. *Valer. gen. 18. fp. 6. var. 1. (2. 3. 4.) ibidem cetera varietates.*

Loc. Italia, Venetorum ditio, Anglia, Mofcovia, Bohemia, Hungaria.

PHARM. 2. Magifterium? Oleum?

QUALIT. Sciffilis, flexilis, diaphanus.

PRINCIP. Oleum minerale?

VIS. Adstringens.

USUS. Cutis dealbanda, & conftipanda.

USUS PRÆCIP.

COMP. Pomata quorundam ad ufus cosmeticos.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. Tum Medicinæ, cum mulierculis fruſtraneum. Ejuſque præparata rara, pretioſa, incerta.

Plures dantur ſpecies parum inter ſe diverſæ, quibus varia ſpecioſa nomina Medici tribuerunt. Incaſſum infudarunt Chemicæ ad oleum Talci eliciendum, quo Mercurium figere arbitrabantur, ſolo enim ſpeculo Uſtorio mutationem patitur. Pretioſiſſimum, ſed fruſtraneum, cosmeticum exiſtimatur. Venetum, quod leniter virideſcit, optimum cenſetur.

47. GALACTITES, Moroſthus Plinii.

CRETA BRIANCONIA, ſeu SARTORIA albefcens, & virideſcens. *Val. gen. 18. fp. 1. var. 1. & 2.*

Loc. Saxonia, Gallia.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Subdulcis, pinguis, lacticinofus.

PRIN-

PRINCIP.

VIS. Subadstringens, anodyna; galactophora?

USUS. Ulcera, &amp; Fluxiones oculorum; Dolor Celiacus; Hemophtifis; lactis inopia.

COMP. Collyria.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. Revera lineis ducendis optimus censetur.

Hujusmodi tres varietates quidam litites, Moroſthus, & Galaſites. ponunt parum inter se diverſas, Me-

*Petrefacta.*

48. UNICORNU fossile, seu Ebur fossile.

EBUR fossile acutum, corneum. *Valer. gen. 56. sp. 5. var. I.*

LOC. Germania, Siberia, Gallia, Neapolis, Sicilia.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Album; cinereum; plus, minusve compactum; striis longitudinalibus refertum; figuram ossium, &amp; cornuum æmulans; linguæ adhærens; stipticum; aliquando suave olens.

VIS. Adstringens, absorbens, diaphoretica? alexipharmaca?

PRINCIP. Terra animalis, crassior, margacea, mineralis; non raro principium arsenicale.

USUS. Alvi profluvia, Hæmorrhagiæ. Fluxus albus, Febris maligna, Pestilens, Epylepsia.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS gr. jv. ꝑß. ʒj. sine fructu

JUDIC. Superfluum, inusitatum, suspectum.

Dum effoditur mollius est, quam *ita*; cornua esse, vel ossa, aut similia diutius servatum. Hujusmodi concre- in cryptis subterraneis a natura philo-



DE LAPIDIBUS MEDICINALIBUS. 43

Iosophice calcinata Auctores testantur. Quidam Elephantum dentes petrefactos esse suadent; tamen pluribus in locis reperiuntur, qui hæc anima-

lia nunquam aluerunt; Alii inter concreta lithomargacea recensendum esse arbitrati sunt. Sæpe Arsenico aut alio veneno minerali scætet.

49. BELEMNITES

PETREFACTUM animale, Holothuriorum. *Val. gen. 56. sp. 17. var. plures.*

LOC. Creta circa montem Idam, Alpes Germaniæ, & Helvetiæ, &c.

PHARM. Ustum.

QUALIT. Cuneiformis, in circulari sectione a centro ad periferiam radiatus, intus cavus, nunc pollicis, nunc brachii crassitudine, saxis firmiter adherens, in igne cornua redolens, coloris albescentis.

PRINCIP. Terra absorbens, calcaria, aliquid sulphuris volatilis, nonnihil salis ammoniacalis.

VIS. Edulcorans, diuretica, lithonthryptica?

USUS. Calculus, urinæ Suppressio, Incubus.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS ℥ss. ℥ss. ℥j.

JUDIC. Superfluus, suspectus, curiosus.

Magnæ insurrexerunt controversiæ inter Naturæ Historicos de hoc vilissimo lapide. Quidam ad corpora fossilia, alii ad cornua petrefacta referendum esse arbitrabantur; alii cum lapide Lyncurii Veterum confundunt;

quod probabiliter succini species erat. Sunt etiam qui ex urina Lincis concreta oriri autamarunt. Nos tamen ad petrefacta testacea magis verosimiliter referri posse existimamus.

50. JUDAICUS

ECHINORUM claviculæ lapideæ. *Val. gen. 57. sp. 30. var. plures.*

LOC. Siria, Saxonia, & alibi &c.

PHARM. Pulv. præparatus.

QUA-

**QUALIT.** Longitrorfus, striatus, intus splendens, durus, colore albo-cinereo olivam referens.

**PRINCIP.** Terra tenerior, salis marini exigua portio.

**VIS.** Lithonthryptica? diuretica?

**USUS.** Calculus renum, & vesicæ; urinæ suppressio.

**USUS PRÆCIP.**

**COMP.** Liquor, & unguentum nephriticum Michaelis.

**DOSIS** ℞. ℥j. ℥ij.

**JUDIC.** Inusitatus, incertus, curiosus, superfluous.

Etiamsi quidam arbitrati sint inter corpora fossilia hunc lapidem esse enumerandum, tamen nil aliud est quam spina echinorum marinorum, cui uti ceteris testaceis tribuunt virtutem oculorum cancerorum. Inconsulto ab externo habitu calculos referente calculorum remedium esse censuerunt.

51. **ENTALE**, seu Dentale.

**COCHLITUS** non turbinatus. *Valer. gen. 57. sp. 3. var. unica.*

**LOC.** Ubique petrefactus circa montium rimas; non petrefactus ad scopulos maris.

**PHARM.** Amuletum. Pulv.

**QUALIT.** Extra striatus, intus cavus fistulam referens.

**PRINCIP.** Terra multa, sal volatilis?

**VIS.** Abstergens, absorbens, adstringens, antiphlogistica?

**USUS.** Fluxus alvini, & sanguinei, primæ viæ Aciditas, Angina, Ulcera &c.

**USUS PRÆCIP.**

**COMP.**

**DOSIS.** Nulla.

**JUDIC.** Obsoleteus, inusitatus, superstitiosus, curiosus.

Ad instar amuleti quidam gutturi inflammationibus mederi putant. suspendunt, & ejusdem, fauciumque



## 52. GLOSSOPETRA.

GLOSSOPETRA laminarum basi triangulari, *Valer.*  
*gen. 56. sp. II. var. I.*

LOC. Melita Insula, montes plures.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Cuspidis figura triangularis, ad latera crenatus, colore subflavo, & linguam serpentis referens.

PRINCIP. Terra multa, sal ammoniacalis?

VIS. Absorbens, antidota? alexipharmaca?

USUS. Aciditas primarum viarum, Febris maligna, Ictus serpentum.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS gr. vj. ℥ss. ℥j.

JUDIC. Obsoleteus, curiosus, superstitiosus.

Allucinantur qui hos lapides, vel corpora fossilia vel, linguis serpentum esse petrefactas autamarunt; sunt enim tantum dentes piscis cuiusdam cani.

Carchariae disti omni proffus medica facultate destituti.

Inter ludicra infantium, quibus dentitio promovetur, sunt recensendi.

## 53. ASTROITES montanus.

CORALLIA columnis paralellis composita &c. *Valer.*  
*gen. 55. sp. 5. var. plures.*

LOC. Comitatus Tirolensis præsertim & alibi.

PHARM. Pulv. amuletum.

QUAL. Stigmatibus stellarum eleganter interspersus.

PRINCIP. Absorbens, adstringens, alexipharmaca? anthelminthica?

USUS. Fluxus omnes, Pestis, Febres epidemicae, Vermes.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. Inusitatus, curiosus, superstitiosus &c.

Sunt insectorum maris receptacula simul congesta & tandem lapidesfacta.

Com acidis maxime effervescent.

54. OSTRACITIS montanus.  
CONCHITIS inæqualibus valvis, squamosis, fere  
rotundis ostrearum.

LOC. Germaniæ fodinæ.

PHARM.

QUAL. Scissilis.

PRINCIP. Nonnihil salis marini.

VIS. Abforbens, lithonchryptica.

USUS. Calculus.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. Obsoletus, superfluus, ablegandus.

Datur etiam Cadmia quædam natu- | Angl. ostracite cum florib s Camo-  
ralis eodem nomine, sed validiori | mellorum calculos, & arenam infringi  
virtute prædita. Doct. Home Transtalt | posse demonstravit.

### 55. TURCHESIA

TURCOSÆ Cæruleo viridescentes. *Val. gen. 56. sp. 6.*  
*var. plures.*

PHARM. Amuletum.

QUALIT. Jaspideus.

PRINCIP.

VIS. Antacida, subadstringens, cephalica?

USUS. Primæ viæ Aciditas, Fluxus omnes, Cerebrum  
debile, Casus.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS gr. vj. gr. xv. ℥j.

JUDIC. Nullus, superfluus, mechanicus.

Dentes sunt petrefacti ex materia | alii hos lapides artificiose constru-  
jaspidea. Vide Reaumur Accadem. de | xerunt.  
Scien. 1745. pag. 250. Henchel. &



## C L A S S I S III.

D E

*Salibus Fossilibus.*

§. I.



Alium familia, quamvis terris, & lapidibus arctiores habeat limites, his tamen usu, & præstantia valde præcellit, utilissimisque pharmacis locupletissima est, quæ raro Medici, aut Ægroti spem fefellerunt; nec non ipsa chemicis, aut physicis contemplationibus amœnissimum aperit campum, qui tamen innumeris scætet difficultatibus, præsertim si salium elementa intimius scrutari tentabimus.

Nostrum enim erit hoc loco tantum nativa salia, seu melius, naturalia oculis subicere; quo de nomine intelligimus quæ vel sponte terræ fodinis in crystallos abeunt, vel perexiguo indigent labore, ut crystallinam formam assument.

Antequam tamen vulgatiore differentias, ac generales, & speciales proprietates tradamus, optimum censemus eorum originem, naturam, & compositionem intimiorem abolvere; circa quæ fatemur non solum nos adhuc in obscuritate versari, verum aliquando auctoritati, conjecturis, & hypothefibus fidere necesse esse, quarum verosimiliores tamen, & magis nostro Instituto consentaneas persequi conabimur.

§. I I.

**S**alia nostra naturalia, de quibus sermonem instituimus, omnia ex principiis, seu salibus acidis di-



diversi generis, & basibus, vel alkalino-salinis, vel terreis, aut metallicis constantur; ex quibus simul conjunctis media, seu neutra salium natura originem ducit. Inter acida itaque componentia primum se ostendit sal quoddam purissimum, homogeneous, ubique diffusum, quod etiam vitriolicum audit. Constat porro ex simplicissimo atque arctissimo aquei elementi, & terrei subtilioris connubio; in quo tantum novimus sic aqueum principium terreum superare, ut acidum hoc aqueas moleculas esurienter absorbendo semper deliquescat, neque illud possimus ullo artificio ab exuberanti aqueo principio liberare, ut solidam induat formam, quam ex salina indole præferret.

Secundum acidorum genus, quod etiam compositum appellari potest, ex superinducato acido universali, & substantia quadam sulphurea, nunc metallica, nunc animalis profapia coagmentatur.

## §. III.

**I**Nter salium componentia præter bases terreas, & metallicas sunt alkalina salia, quæ in volatilia, & fixa distingui debent. Utraque ab iisdem elementis acidi primigenii compositionem agnoscunt; ab aquis videlicet, & terreis moleculis strictissime simul coalitis; hæc tamen diversitate, quod in his longe major sit ratio principii terrei ad aqueum, quam in acido illo universali; atque inde neque deliquium facile patiantur, nec in solidam renuant formam concrefcere. Hoc autem inter alkalina fixa, & volatilia salia discrimen intercedit, quod hæc ob olei animalis conjunctionem, quod maxima copia salia volatilia intrat, facultatem acquirant, qua igne admoto facile in auras avolent, vel in flores sublimentur vasorum fornicibus adhærescentes; illa vero donec  
hoc



hoc careant oleoso principio, neque ignis vi, nec alio opere volatilia reddi possint.

## §. I V.

**A**cida enuntiata principia diverso gradu cum his basibus affinitatem habent; maximam tamen acidum vitriolicum dictum; ex vario enim conjunctionis modo salium vulgarium species oriuntur. Acidum itaque primigenium, & basis aliqua metallica ferri, & cupri praesertim vitriola producant; ex eodem acido, & terra absorbenti alumen prodit. Secundum acidi genus quod compositum etiam diximus, si sulphureum principium metallicum, & mercuriale secundum *Sthalium* sibi confociaverit, & cum basi alkalina salina se junxerit, salem marinum, & affinia suppeditabit; si idem principium sulphureum animale sibi abripuerit, & cum simili basi alkalina connectatur, nitrum producitur; utrumque vero acidum simplex vel compositum cum alkali volatile conjunctum uno nomine salia ammoniacalia gignit; nitrosa, vel vitriolica dicta, sed si hujus connubii acidum marinum in causa sit, sal ammoniacus vulgaris prodibit.

## §. V.

**E**X his ergo facile patet acidum hoc simplex, vel complicatum praecipuum esse salium omnium elementum; verum eorum differentias nunc in basibus, nunc in acidis componentibus inesse; ita ut eadem basis, si cum acido nitroso copuletur, nitrum, si cum marino, marinum salem producat; Vel idem acidum nunc cum terra absorbenti alumen, nunc cum metallis cohaerens vitriola gignat. Ex quibus pariter deducitur salia vulgaria media.

*Mat. Med. Contracta.*

D

scu



seu neutra natura tantum donata esse; Dum chemica analysi in sua componentia tandem disgregantur, & acida salia, & alkalina fixa neutiquam natura existentia, sed artis auxilio producta enascuntur. Volatilitatem pariter ex additione materiae oleosae animalis, ut jam enuntiavimus, artificis ope acquirunt. Phænomena tandem, quibus invicem distinguuntur vulgatissima sunt, neque majorem explicationem postulant.

## §. VI.

**V**erum neque brevius, neque clarius salium proprietates tum generales, tum speciales apparent, quam eas singillatim describendo. His enim generaliter convenit corpora esse solida, dura, plerumque translucida, constanti varietate in unaquaque specie figurata, & homogenea, ad instar vitri in frustula desiliencia; neque cum acidis, vel cum alkalinis effervescentia; sapida, quæ denique in aqua agitata solvuntur; & ad ignem funduntur; quibus addi potest communis facultas artificiales congelationes promovendi. Quæ proprietates, etiam si salibus omnibus communiter competant; diverso tamen gradu in his apparent. Quædam itaque citius, quædam tardius sustinent ignis vim; alia majori alia minori quantitate pro figuræ diversitate aqua solvuntur; quædam celerius, quædam difficilius congelationibus favent, & sic ceteræ facultates plus, minusve inter se differunt, ut suo loco indicabimus.

Inter caracteres, quibus quævis species plane distinguitur, eminet decrepitatio in sale marino; deflagratio in nitro prunis superfuso; in alumine ad ignem intumescencia, Borax vero in sua basi vitrescit; vitriola flamma cærulea, & basis metallica distinguunt; Ammoniacus denique volatilitate, & volatilizandi corpora fixiora specifica facultate gaudet; qui-



quibus adde uniuscujusque speciei singularem figuram suo loco describendam.

Animadvertendum tandem erit non raro hæc salia sibi heterogeneas bituminosas terreas particulas associare, quæ tamen sub accurata depuratione facile eliminantur.

## §. VII.

**P**ostquam Salium naturam, & intimiorem compositionem explanavimus, generales, & speciales eorumdem virtutes agendique modum in corpore humano tradere oportebit. Salia itaque non solum primas vias intrant, verum etiam vasa lactea permeando ad massam sanguineam se transferunt, & hic suas vires exercent. Et dum a nostri corporis humoribus plerumque aqueis solvuntur, & in minimis dividuntur, eandem prorsus figuram, & mixti indolem retinent, nullamque in suis elementis decompositionem patiuntur; si fortassis aliqua ex parte volatilia excipias. Scimus enim, quod sola violentioris Vulcani actione, & acidorum copula id obtinere possimus, quæ utraque defunt in nostro corpore. Quam ob rem ab eorum in menstruis aptis divisibilitate eximia, & constanti angulosa figura communes salium virtutes derivantur. Experientia præterea edocuit, eorumque neutra natura satis ostendit, quod animantium humoribus hæc salia permixta nullam mutationem pariunt caloris, aut densitatis; neque eos coagulent, aut dissolvant, sed in suo naturali statu relinquunt. Peculiares vero a cujusvis speciei figura diversitate tum a diverso elementorum connubio, & ab adjectis urinosis, bituminosis, ac heterogeneis principiis originem ducunt.



## §. VIII.

**Q**Uæ omnia si rite animadverterimus perspicuum erit; primo quod hæc salia dum intestina ingrediuntur, non solum ea stimulando motum peristalticum augent, sæcum expulsionem favent, sensumque imminutum excitant; verum etiam saburosam, acrimoniosam, mucosam, verminosam colluviem excernunt, exuberantes biliosos, vel gastricos fuceos præter naturam constitutos corrigunt; ciborum putredinem arcent, digestionem, & chimificationem potissimum adjuvant. Per vasa vero lactea ad intimiorem corporis fabricam transfusa ibi dupliciter in fluida, & in solida suas exerunt vires. Fluida viscida, densa, retardata, stagnantia, coagulata attenuant, resolvunt, fluxiliora reddunt, ac propterea obstructions omnes, & inflammationes remouent, & naturalem crasim, motumque æquabilem sanguini conciliando illum æstuantem refrigerant; solida dein leniter irritant, ac proinde vasorum contractilem vim augendo, diuresim, & diaphoresim, ceterasque secretiones, excretionisque promovent, ac tandem per varia corporis cribra maxime per renes citissime excernuntur; quos tamen effectus potiores præstant simpliciora, quam si longo studio præparata, aut ignis vi elaborata sint, quæ tunc infirmam plerumque virtutem præferunt, & incertam.

## §. IX.

**H**Æc concreta non solum actionis gradum, sed & specificis facultatibus inter se nonnihil differunt, tum ob figuræ diversitatem, cum ob compositionis varietatem, & adjectas bituminosas vel heterogeneas particulas. Sal marinum itaque catharticum, & af-



& affinia præ aliis alyum ciunt, primamque viam respiciunt, tum amaritiei ratione febres intermittentes jugulant, & vermes enecant. Nitrosa salia ob acuminatam utrinque figuram in incidendis, ac resolvendis viscidis, & lentis humoribus, diaphoresi, & diuresi promovenda, ceteris facile palmam præripiunt. Vitriola externe præsertim in ulceribus cicatrizandis, & hæmorrhagiis sistendis speciali virtute donantur. Alumina ob eximiam stipticitatem ad fluxus omnes cohibendos potissima sunt. Ammoniacalia tandem ex admixtione partium animalium magis nostris humoribus assimilantur, & certo quodam modo decomponuntur, ut præ ceteris opem spondeant in abstergenda glutinosa amurca primarum viarum, in enatis febribus intermittentibus a viscidis obstructionibus ortis, atrophia, & aliis morbis chronicis.

## §. X.

**R**eliquum est ut de Dosibus eorum pauca animadvertamus. Quosdam enim prodigos, alios pavidos nimis in iis præscribendis deprehendimus, qui injuria de eorum inefficacia postea conqueruntur. Quare si vitriola, alumina, & boracem excipias, quæ nimia sua adstrictoria facultate intus copiose exhibita valde nocerent, cetera salia ut salutare suos præstent effectus animose, largiorique dosi sunt propinanda; quod de nitro præcipue valet. Quid enim obtinendum dum in sudore promovendo aut urina cienda IV. VI. aut VIII. nitri grana semel, vel bis tantum in die suppeditabimus? Quid contra timendum dummodo ægri vires permiserint, neque contraindicationes præpediant, si ad XX. grana vel XXX. & ultra præscribi oporteret? Extant jam doctissimorum Virorum experientiæ circa Mo-



schum, camphoram, aliaque heroica remedia, quæ  
 fatis evincunt hanc timiditatem inopportunam esse,  
 Immo ratio suadet, quod salinæ molecule summæ  
 divisibiles absque impetu, vel detrimento in fluidorum,  
 & solidorum poros placide se insinuant, &  
 æquabili universali diffusione utilitates omnes præ-  
 beant, quas in morborum felici eventu observamus.  
 Tandem pro coronide addam fluidi Electrici exem-  
 plum, quod ob eximiam subtilitatem, absque ulla  
 plerumque sensibili commotione, intimiorem corporis  
 fabricam undequaque perreptat,





## S A L I A.

56. **SAL COMMUNE**, cibarium, 1. Fossile, 2. Fontanum, 3. Marinum.

**SAL COMMUNE**, 1. Gemmeum, solidum, 2. Fontanum majoribus, vel minoribus, cubis, 3. aqua marina extractum. *Valer. gen. 30. (1.) sp. 1. var. 1. (2.) sp. 5. var. 1. 2. (3.) sp. 4. var. 3.*

**LOC.** 1. India, Russia, Hungaria, Calabria, Hispania, Polonia praesertim circa Cracoviam, & alibi. 2. Fontes saliti, Germania, & Anglia, 3. ad litora maris, ex aqua marina arte, vel natura concretum.

**PHARM.** 1. 2. 3. Solutio, Muria, Pulv.

**QUALIT.** 1. 2. 3. Inodorum, aqua perfecte solubile, homogenum, igne post decrepitationem liquefcens, cubicum, scissile, acre, falsum; 1. ad instar crystalli pellucidum; 2. album, opacum; 3. cinereum; 2. 3. amaricans.

**PRINCIP.** 1. 2. 3. Spiritus acidus sui generis, basis terrea, alkalina; phlegma 3. nonnihil heterogenei principii, nitrosi, & bituminosi praesertim.

**PRÆP.** 1. 2. 3. Spiritus acidus rectificatus, dulcificatus, sal mirabile Glauberii; sal Anglicum factitium.

**VIS.** Stimulans, incidens, resolvens, aperiens, abstergens, purgans, diuretica, aphrodisiaca, antiseptica, anthelminthica, sialaghoga.

**USUS.** Alvi obstructio, Paralyfis intestinorum, Arthritis, Calculus, Hernia, Hydrops, Febris maligna, vermes.

**USUS PRÆCIP.** Paralyfis intestinorum, & alvi Segnities.

**COMP.** Benedicta laxativa, Trochici de Agarico, ]



rico, pillulæ policrestæ, cataplasmata, & frontalia discutientia, clysteria, & suppositoria stimulantia. DOSIS I. 2. 3. gr. vj. ʒβ. ʒij. & ultra pro clystere.

JUDIC. Usitatum, utile, culinare, metallurgicum.

Hujusmodi salia, ea sunt quæ majori copia ubique reperiuntur; Circa Cracoviam enim ad vicum Villizcum dictum tantæ amplitudinis existit salis gemmæ fodina, ut in ea, & vitæ, & ædificia; immo species quædam Reipublicæ subterraneæ suis legibus constituta reperitur.

Gemmæ jam concretum experimur, fontano, & marino minus amaricans, sed acrius ob majorem copiam principii alkalini mineralis. Marinum, & fontanum majore amaritudine insignita sunt; marinum præsertim, quod imperfectam habet cubicam figuram, & magis heterogeneum est; tum ratione alterius generis admixti salis a corporibus marinis putrefactis, vel a subaqueis fodinis quod sibi conciliavit; cum a bituminosis particulis, quibus aqua marina valde referta est. Numquam separatur spiritus acidus salis marini a sua basi alkalina, nisi intermedio vitriolo, aut alia substantia vitriolica, quæ hujusmodi basi ingrediens spiritus separationi fa-  
veat. Ex hoc residuo fit sal mirabile

Glauberii ad naturam salis Anglici accedens. Supradictus spiritus rectificatur nova distillatione, dulcificatur additione spiritus vini, & tunc suavem odorem emittit.

Ex muria salis marini, & capite mortuo vitrioli salis cathartici factitii species quædam conficitur; id etiam ex simplici muria hujusmodi salis obtinetur.

Commode permiscetur purgantibus resinosis, quorum nimiam vim irritantem ea præcipitando corrigit; cavendum tamen a frequentiori usu in omnibus inflammationibus internis, in sensibilibus subjectis, atque in iis, qui organicis affectibus, aut scorbuto laborant. Experientia edocuit maris propinquitate frequentissime posteriorem morbum produci quem nautæ lapillime patiuntur. Valet tamen hujusmodi salis moderatus usus ad ciborum, animalium præsertim, putredinem arcendam; illud enim est quod majori copia analysicos ope ex nostris humoribus elicitur.

57. SAL CATHARTICUM, 1. Fossile, 2. Fontanum, 3. Factitium.

SAL I. 2. Neutrum acidulare, Anglicanum. Valer. gen. 33. sp. 3. var. 1.

LOC. I. Comitatus Hamptonienfis, Angliæ Portummagnum, 2. Fons Æbsamenfis, ac Fontes Barne-  
tinus, Northalensis, Stretamenfis, Dulichensis. 3.

IV In Anglia, & Germania conficitur, & facile ubique confici potest.

PHARM. Solutio. Puly.

QUA-



QUALIT. I. 2. 3. Salsum, acre, amaricans, album, in aere ex parte deliquescens, aqua perfecte solubile; 2. crepitans.

PRINCIP. Alkalina basis salis marini acido-vitriolico-faturata, nonnihil bituminosi principii, & flegmatis.

PRÆP.

VIS. Laxans, incidens, stimulan, abstergens, diuretica, lithonthryptica, antifebrilis;

USUS. Alvi stipticitas, viscerum, & glandularum obstructio, Hydrops, Arthritis, Calculus, Paralysis intestinorum, alvi Fluxus, Febres intermittentes, urina Suppressio.

USUS PRÆCIP. Alvi Adstrictio.

COMP.

DOSIS. I. 2. 3. ℥j. ℥iv. ℥vj. ℥j. ℞.

JUDIC. Præstans, usitatissimum.

Olim sal catharticum ex unico fonte Epsomensi eliciebatur; sed cum hujusmodi usus invaluerit, illaque scaturigo neque soli Angliæ sufficeret, ideo non solum simile natura, & viribus, ex pluribus aquis sotteriis, & fodinis Germaniæ, & Angliæ nunc extrahunt; verum multiplici methodo artificiose conficiunt. Paratur enim vel ex admixtione muriæ salis marini, & capite mortuo vitrioli, ut supra enuntiavimus; vel ex simplici muriæ evaporationis ope ad siccitatem redacta; vel ex solutione aluminis, & oleo tartari per deliquitum, & aliunde.

Huic pariter similia sunt non solum supradictum sal Glauberii, verum Tartarum solubile, & sal (De Segneite.)

His amaritudine tamen prævalet catharticum fontanum, quo exuberantes bituminosæ particulae id faciunt, quod in factis principium vitriolicum.

Abque noxa motum peristalticum excitat non solum, & perdurare facit usque ad perfectam eliminationem eorum, quæ in intestinis, eliminanda sunt; verum ad massam sangui-

neam utiliter se transfert, & vasa sanguinea leniter stimulando sanguinis motum promovet.

Iisdem tamen cautionibus indiget hujusmodi usus, quas de sale marino indicavimus.

Si solutioni salis Anglici superinfundatur spiritus vini, species quædam Offæ oritur ad instar glaciæ translucida. Eidem sali addi possunt alia fontana salia principii, & virtutibus similia.

Primum locum obtinet sal Theriacum Carolinarum, quod ex sale medio, & fixo alkalino concrevit.

Ideoque in eo a superiori differt, quod prævaleat aliquantulum principium alkalinum; amarum pariter est, & iisdem virtutibus pollet; ac sal Catharticum, sed intensioribus; ideo minori dosi erit propinandum.

Sequuntur affinia Seidlense, & Seidlouense amarissima salia ex principio terreo-fixo-alkalino, & vitriolico majori copia conflata quam sal Carolinarum ingrediat.

Tandem sal amarum Mutinense a D. Morealio repertum hic locum habet; idemque ex aqua amara separant, aquam Epsom-



Ephonenfi prorsus affine, & ad eodem usum usurpatur. Hæc salia omnia majorem semper, rutioremque edunt effectum naturali suo solventi adhuc inhærentia quam ab eo sejuncta.

Raro hæc salina omnia absque ulla admixtione salis marini reperiuntur. In præscriptionibus ad gratiam non nihil Sacchari addi solet.

58. SALNITRUM. Recentiorum,  
SALNITRUM. Terra mineralizatum. *Val. gen. 28. sp.*  
I. var. plures.

LOC. Ubique, muri antiqui, rudera stabulorum præsertim.

PHARMAC. I. Nitrum Embrionatum. 2. Flos nitri.  
3. Nitrum arte perfectum.

QUALIT. I. Concretionem renuens, femivolatile,  
2. 3. Candidum. 3. Diaphanum, crystallinum,  
exadrum, utrinque acuminatum, acre, nonnihil amaricans, frigoris sensum pariens, aqua facile solubile, prunis superfluum, aut sulphuri admixtum flammam concipiens, ac vehementer flagrans, compositum.

PRINCIP. Acidum universale ex connubio salis alkalino-urinoso-volatilis, & principii Phlogistici sui generis factum; cui arte accedunt sal fixum vegetabile, & terra tenerior occupans locum basis alkalinae volatilæ; tandem particula aqueæ, & nonnihil salis marini.

PRÆPARATA. Aqua Mater, Nitrum depuratum, Magnesia alba, Sal Prunellæ, Sal Polycrestum nitrum ammoniacale fixum, nitrum papaveratum, corallatum, perlatum &c. Sal nitri fixum deliquescent, Arcanum duplicatum, spiritus nitri, idem dulcificatus, nitrum stibiatum.

VIS. Incidens, aperiens, leniter stimulans, leniens, diuretica, lithonhryptica, antiphlogistica, refrigerans, diaphoretica, anodyna. febrifuga.

USUS. Inflammationes omnes, & febres inflammatoriæ



ria, tum morbi omnes, quibus adfit sanguinis ebullitio; vasorum Obstructio, ac humorum Stasis; Calculus; nimius aestus veneris; Febres intermittentes; Bilis astuans; Spasmus; Deliria; Convulsiones; alvi Stipticitas.

USUS PRÆCIP. Aestus febrilis compescendus, Inflammationes omnes arcendæ.

COMP. Antiheticum, & Specificum stomachicum Potteri; Materia perlata; Pulvis bezoardicus praxis Bononiæ; Emulsiones, & potiones antiphlogistica; gargarismata; dentifricia.

DOSIS gr. x. ℞j. ℞ij. ℞j

JUDIC. Eximium, laudatissimum, usitatissimum, pene universale, & nullo modo suspectum remedium, præcipuum incidens, attenuans, ac proinde antiphlogisticum in quibus, ceteris salibus facile palmam præripit; Mechanicum etiam, culinare, & Chemiæ utilissimum.

Nitrum Recentiorum non confundendum cum Nitro Veterum, cum quo nullam habet convenientiam. Illud enim sal nativum erat, nequaquam inflammabile alkalina; profapiz a nostro longe diversum; neque ullum nitrum fossile omnibus nitri vulgaris caracteribus præditum reperiri potest. Nitri enim nostri perfectio a natura simul, & arte pendere videtur, & ut magis pateat hujusmodi indoles, unde originem acquirit, ostendam.

Natura præstat acidum universale cum acido vitriolico primigenio conveniens, quod sibi principium sulphureum subtilissimum associando sui generis fit; tum substantiam alkalinam urinofam volatilem a putrefactis animalium partibus, aut recrementis exhalantem, & tunc nitrum embryonatum vocari solet, quod semivolatile est, & concretionem respuit. Verum ut hæc rudimenta in crystallos nitrosos coire possint, aliquo opus est artificio; lapides enim aut terræ his saturata tritulantur, & in vasis

aptis aqua solvuntur; denique adduntur cineres vegetabilium, atque calces, quæ suppeditando sal alkalinum faciunt, ut hoc sal occupando ratione majoris suæ affinitatis locum Basis alkalinæ volatilis novum sal concretum oriatur a priori plane diversum & in crystallos facile coalescens nitrum vulgare appellatur.

Aliquando etiam acidum illud embryonatum sponte adhærescit basi calcariæ, aut principio alicui alkalino fixo, & tunc gignitur flos nitri, quod frequenter sub pulveris forma circa muros antiquos apparere solet. Aliæ etiam nonnumquam conspiciuntur hujusmodi efflorescentiæ, quæ tamen diversæ indolis sunt.

Nitro plerumque permisceatur salis marini particule, quæ tamen facile sub crystallizatione separantur, & in distinctos cubos sponte distinguuntur.

Nitri quadam species oriri solet ab effusione spiritus nitri supra salem marinum, tunc avolat spiritus salis suam basin cum acido nitroso conjun-



fundam, & in cubicam figuram mutatam relinquendo.

Ad virtutem nitri quod attinet, ob particularum non solum subtilitatem, sed & earum figuram utrinque acuminatam vim suam non tantum in primis viis exercet, sed per vasa sanguinea ad sanguinem traductum absque ullo detrimento insensibiliter vasa stimulat, humorum circulationem promouet; infartus, obstructions, atque lentorem auferit, ideoque præstantissimum in pluribus morbis, de quibus præcipuos tantum enuntiavimus Polycræstum est remedium.

Caute tamen erit adhibendum in illis, qui nimia solutione humorum, sudorum profuuiis corripuntur; aut febris Hæctica, & Phtisi laborant; tum in Aneurismate nimis distento, aut aliis morbis organicis, quibus stimulum quodcumque contraindicatur.

Parum sperandum est ab exigua, nihil timendum ab aucta dosi usque ad grana etiam triginta, si opus fuerit, quidquid non satis gnari patient.

Infinita alia sunt nitri præparata præter ea, quæ jam indicavimus; at ea omnia infirmiores possident virtutes, quam nitrum simplex, vel aqua nova crystallizatione depuratum, quodque ad usus Medicos ceteris antefereendum.

Nitri spiritus numquam elicitor, nisi ope fortioris acidi vitriolici, quod basin alkalina nitri sibi associando, spiritum nitri liberum relinquit; & tunc aqua fortis appellatur, & menstruum est omnium metallorum, auro tamen excepto, quod solvitur ab aqua regia, quæ fit ex mixtione spiritus nitri cum spiritu salis mariani.

Ex conjunctione nitri, sulphuris, & carbonum fit pulvis pyrius notissimus.

Magnesia alba nil aliud est quam concretum quoddam post evaporationem aquæ matris; quæ si valis æneis peragatur non nihil virescit & Medicis usibus suspecta est.

Appellatur etiam Magnesia substancia quædam metallica suo loco describenda.

59. SAL VITRIOLICUM. 1. Romanum. 2. Germanicum. 3. Cyprium. 4. Album Goslariense.

SAL VITRIOLUM. 1. Ferri, viride nativum. 2. Hermaphroditicum, cupro-ferreum. 3. Cupricæruleum. 4. Zinci album. *Valer. gen. 27. sp. 2. sp. 4. sp. 1. & sp. 3. cum suis varietatibus.*

LOCUS. Ex indicatis Regionibus in earum: 1. 2. 3. Cupri, & Ferri. 4. tum plumbi, & Zinci fodinis. 1. 2. 3. 4. verum etiam Marcasitæ sulphureæ, terræ vitriolicæ, & aquæ minerales plures hoc sal largiuntur.

PHARM. Idem præparatum, solutum. Pulv.

QUALIT. 1. 2. 3. 4. Sal fixum medium, aqua solubile, romboidale, decaëdrum, semitrans lucidum, acre, austerum, stipticum, nauseosum 1. viride, smaragdinum. 2. Viride, luteum. 3. Cæruleum.

4. Al-



4. Album 1. 2. 3. 4. inter falia, & metalla medi-  
um locum tenens.

PRINCIP. 1. 2. 3. 4. Acidum universale vitriolicum  
vulgo. 1. Ferrum aliquantisper suo phlogistico spo-  
liatum 2. cui accedit aliquid cupri, vel aliorum  
metallorum 3. solum cuprum. 4. ferrum simul, &  
cuprum, plumbum, zincum; tandem terra creta-  
cea, an non nihil aluminis? 1. 2. 3. 4. aqua non  
pauca.

PRÆPAR. 1. 2. 3. 4. Spiritus vitrioli, idem dulcifica-  
tus, oleum, liquor anodynus Hoffmani, Colcothar,  
Terra vitrioli dulcis, Tartarus vitriolatus, Pulvis  
Sympaticus Digbæi. 4. Gila Paracelsi.

VIS. Emetica, adstringens, caustica, excarotica, coa-  
gulans, anthelminthica.

USUS. Ulcera, Vulnera, Hæmorrhagia, Gonorrhæa  
Ophtalmia, Vermes, Convulsiones, Deliria, Dy-  
senteria.

USUS PRÆCIP. Extrinsecus, Ulcera, & Hæmor-  
rhagia.

COMP. Pulvis absorbens Wedelii, ceratum Diapal-  
ma, Stypticum Croli, aqua stiptica Rhabel, & Le-  
mery. 4. Collyria &c.

DOSIS. Si unquam - - - ℞. ℞ij.

JUDIC. Mechanico multiplici usui infervit, Che-  
miæ, Metallurgiæ, atque Piscinæ præsertim: utiliter  
etiam pro externo usu Medicinæ favet; interne  
vero, saltem absque ulla preparatione, nocuum,  
& suspectum.

Vitriolum enim ex acido primoge-  
nio, & metallicis particulis constans  
in superius enuntiatis sodinis, vel  
pauca quantitate tamen, concretum  
reperitur vel ex aquis mineralibus  
vitriolicis extrahitur; vel frequentius  
ex terris quibusdam vitriolicis, &  
pyriticis elicetur.

Tandem olei vitrioli ope hæc me-

talla corrodentis artificiose perficitur.  
Vitriolum album, vel ex peculia-  
ri sodina Goslariz habemus, vel ex Vi-  
triolo vulgari solaribus radiis calci-  
nato paratur; quod etiam pulvis sym-  
paticus appellatur.

Principium acidum magis adhæret  
& difficilius separatur a Cupro quam  
a Marte.

Ejus.



Ejusdem preparationes, si tartarum vitriolarum excipias, pauci faciendae sunt, immo frequenter nausae, tunicarum erosiones parere solent; & male affectis subjectis nocuae sunt; externe tamen frequentissimum usum habent.

Fossilissimum, & praecipuum omnium est acidorum ad cetera salia decomponenda; & ad aquam Stygiam consiciendam summe necessarium.

Oleum vitrioli seu spiritus concentratissimus apud nos parari nequit ob valorem violentiori igni resistentium deficientiam.

Huic salii addi possunt Chalceithis Missey, Sory quae Matrices sunt vitriolicae, seu vitriolum ab igne subterra-

neo plus minusve ad instar Colcotharis calcinatum. Usurpantur in emplastro Diachalcitico, & Theriaca Andromaci, atque in depilatoriis; his tamen Cholethothar, aut Calcithis artificiali succedanea sunt.

Alia hujusmodi sensus substantia est Melanteria coloris sulfurei, & ab aqua superflua nigrescens nullo modo Medicinae inferviens.

Hic tandem recensetur Chrysoella Veterum quod naturalis est cupri arugo suo loco describenda; Cetera his affinia in aeris descriptione enuntiabimus.

Vitriolum tinctorio usui ad nigrum colorem consiciendum opportunissimum est.

60. SAL BORAX Nostra Veneta dictum.

SAL BORAX Depuratus, albus octangularis. *Valer.*

*gen. 35. sp. 2. var. 1.*

LOC. India, Persia, aquae minerales per fodinas cupri transeuntes.

PHARM. Pulv.

QUALIT. Parallelepipedum, rhomboidale, externo habitu alumini simile, siccissimum, saporis sub-saltiliviosi, non facile aqua solubile, igne prius spumescens, postea vitrescens.

PRINCIP. Aqua non pauca, tum basis terreo alkalina ex natura basis salis marini, vitrificabilis tamen, modica acidi vitriolici copia, nonnihil unguinosi principii.

PRÆP. β. Sal sedativum Homberg, vel Godofredi.

VIS. Stimulans, purgans, refrigerans, anodyna, aphrodisiaca, emenagoga, cosmetica.

USUS. Mensium suppressio, placenta Retentio, Abortus promovendus, Dysuria, Spasmus, Delirium, Aëstus febrilis, cutis Feditas.

USUS PRÆCIP. β. Aëstus febrilis compescendus.

COMP. Unguentum citrinum, pulvis ad difficilem

par-



partum. D. Charas, ejusdem Balsamum egregium  
pro manibus, Aqua columbina.

DOSIS gr. vj. ℥j. ʒj.

JUDIC. Natura, & origine incertum, Mechanicæ,  
utilissimum, apud Medicos pene obsoletum.

Hujusmodi salis natura obscura est,  
& in Mogolensi regione præcipue ef-  
foditur. Quidam a terris vitriolicis,  
alii a nitrosis elici putant, alii quod  
aquæ minerales sui generis evapora-  
tionis ope idem præsent.

Hoc certe ex Imperio magni Mo-  
golis Amstelodamum exportatur, &  
illic nova crystallizatione depuratam  
ceteris nationibus dispersitur. Circa  
hujusmodi naturam fluctuant Chemicis  
aliqui enim ad alkalinam, alii ad  
neutram naturam referunt; quæ diffi-  
cultates tamen a Recentissimis concili-  
antur; nam Borax confarsi videtur  
ex sale medio, in quo prævalet ta-  
men principium alkalinum; quod ex  
terra vitrificibili, & basi alkalina sa-  
lis macini componitur; & alia ex  
parte nonnihil principii unguinosi vi-  
triolici accedit.

Addito octuplo aquæ, & quadruplo

olei vitrioli in flores sublimatur.

Sal Hombergianum non solum ex  
additione acidi vitriolici, sed etiam  
marini, & nitrosi conficitur. At hac  
methodo magni venditur.

Facilius tamen obtinetur, & minori  
dispendio, Godofredo docente, e  
simplici crystallizatione Boracis simul,  
& vitrioli. Non desunt etiam opero-  
siores methodi apud Chemicos, de  
quibus vid. Maquer.

Ex composita crystallizatione nitri  
aluminis, & urinz Boracem artificia-  
lem patrant. Ad abortum promoven-  
dum, ut cetera stimulantia prædica-  
tur; sed hunc in finem plane ad-  
spernandum, opportuniore enim extant  
remedia.

Metallorum fusioni favet, auri  
præcipue; a quo Chryfocolia, quasi  
auri colla, vocatur. Ideo Metallurgi-  
cis, & auri fabris commodissimum.

61. SAL ALUMEN, 1. rupeum, 2. plumosum.

SAL ALUMEN. 1. Lapide calcareo mineralizatum;  
2. nativum plumosum. *Valer. gen. 28. (1.) sp. 4.*  
*var. unica, (2.) sp. 1. var. 3.*

LOC. 1. Suecia, Anglia, Italia præsertim, alibi  
etiam; 2. circa Puteolum.

PHARM. 1. 2. Idem crudum, vel ustum.

QUALIT. 1. Candidum, nonnihil roseum, splen-  
dens, crystallinum, octaedrum, aqua non facile  
solubile, stipticum, austerissimum, nonnihil tamen  
subdulce; 2. scissile, filamentosum, coloris viridi-  
cerulei: 1. 2. igne intumescens, fusile.

PRINCIP. Acidum vitriolicum; terra sui generis sti-  
ptica,



ptica, argillacea; heterogenei, nonnihil principii metallici, & bituminosi, a quibus crySTALLIZATIO deturpatur.

PRÆP. Alumen Saccharinum, Spiritus, & Oleum tinctum Mynsicht.

VIS. Adstringens, stiptica, catheterica, cosmetica.

USUS. Ulcera; Vulnera; Hæmorrhagia; Fluxus sanguinei alvi, narium, & uteri; Hemorrhoides; carnes fungosæ; dentium Erosio, Debilitas, Tartarus; Febres intermittentes; cutis deformitas; & virginitas læsa.

USUS PRÆCIP. Hæmorrhagiæ &c.

COMP. Lac virginale; Tinctura Laccæ Mynsicht; Specificum Elvetii; Aqua aluminosa Falopii; collyria; cataplasmata; clysteria, & injectiones adstringentes.

Dosis - - - - - Sj. ʒj.

JUDIC. Externe efficax, utile, promptum remedium, interne caute adhibendum, & ad imperiti manus periculosum; Mechanicis, arti infectoriæ præsertim valde necessarium.

Duplex aluminis liquidi species apud Veteres enumerabatur, pura una, altera impura. In aluminis, tamen fodiis etiam nunc aquæ plures reperiuntur hoc sale refertæ; Duæ pariter species aluminis solidi nativi erant apud eos, Trychites una, Schistum altera ab alumine plumoso parum diversa.

Apud Nos alumen plumosum circa Puteolum non infrequenter reperitur sub plumarum forma concretum, & unicum est quod nativi Aluminis nomen mereatur; inconsulto Auctores ob habitus externi similitudinem illud cum lapide Amianto confundunt.

Aluminis vulgaris extrahendi ratio ea est, quod prævia ustulatione exterris, aut lapidibus Aluminosis, coctione, & evaporatione copiose elicitur.

Præter varias Aluminis species plu-

res aliis substantias ab eo diversas Alumen sonat.

Primum locum habet Amianthus, quem etiam ut supra indicavimus Alumen plumosum appellant; verum Alumen Schajolum, Catinum, & Fœcum, cui addi potest Alumen jami-num Arabum cum Trychite conveniens.

In Aluminis usu interno magnopere animadvertendum est, ne citius, aut copiosius quam par est exhibeatur; Alvi enim nimiam stipticitatem inducit, & solida coarctando obstruções; pluresque morbos producit.

Tunc enim eo præcipue utendum est quando, mitiora adstringentia in casum adhibita sunt, & ægri vitæ periclitantur; sed statim ac vitæ discrimen absit, ad mitiora pharmaca est deveniendum. Ad sudorem nidorosum,



sum, axillarum, & pedum fistendum, valet, sed perniciosissimum est remedium, neque sunt salutare excretiones eo de nomine cohibendæ.

Coagulum ex alumine, & albumine ovorum confectum optimum evadit in Ophthalmiis quibus corroborare opus sit.

## 62. SAL AMMONIACUS Recentiorum.

SAL AMMONIACUS vulgaris artificialis crustosus.

*Val. gen. 34. sp. 1. var. plures.*

Loc. India, Ægyptus.

PHARMAC. Idem depuratum; ☉

QUALIT. Factitium, crystallinum in placentas concavo-convexas, foris cinereas, intus albas, striatas efformatum, saporis acris, falso-urinosis, pungentis, semivolatile, empireuma redolens.

PRINC. Sal Alkali volatile urinofum majori ratione acido marino conjunctum; nonnihil olei empireumatici, & terræ fuliginosæ; aqua non pauca.

PRÆP. Spiritus; Flores Ammoniaci simplices, martiales, hæmatitici; Sal volatilis simplex, aromaticus; Sal Digestivum Silvii; Sal Ammoniacum fixum.

VIS. Stimulans, incidens, attenuans, resolvens, abstergens, diuretica, diaphoretica, anthysterica, antiphlogistica, febrifuga, errhina.

USUS. Obstructiones omnes a visciditate ortæ, solidorum Atonia, Paralysis, Lipothymia, Inflammationes Columellæ, & Tonsillarum, Pleuritis, Febres intermittentes pertinaciores, mensium Suppressio, Cachexia, Reumatismus, Asthma, oculorum Albugo.

USUS PRÆCIP. Lipothymia, Febres intermittentes rebelles, Obstructiones a visciditate ortæ.

COMP. Collyrium ceruleum, Spiritus C. C. spurius, Spiritus aromaticus volatilis; Sal secretum Glauberi;

*Mat. Med. Contracta.*

E ry;



ry; Offa Helmontiana; gargarismata; collyria; em-  
plastra attenuantia super indicata.

DOSIS. Gr. x. ℞. ʒʒ. & ultra.

JUDIC. In morbis usu præcipuo indicatis utilissimum  
remedium. Ceterum in calidis affectionibus cau-  
te adhibendum, Mechanicum.

Sub nomine Salis Ammoniaci apud  
Veteres plures habemus species.

Prima ex assertionibus Salmasii,  
Dioscoridis, Serapii Avvicena con-  
venit cum sale gemmeo; altera spe-  
cies est, quæ circa templum Ammonis  
in arenosis Lybiae desertis situm su-  
per arenas sponte efflorescens repe-  
rietur; quod alii ex urina camelo-  
rum Solis aestu concreta oriri credunt,  
cujus proprietates cum proprietatibus  
nostri convenire videntur. Sed hoc  
nunc incognitum est, nec unquam  
illud observare licuit, ab eo tamen  
Ammoniacus nomen traxit.

Vulgaris enim Ammoniacus, vel facti-  
tius, vel natus est; hoc circa  
Vulcanos præcipue in Cryptis Puteo-  
lans sponte efflorescit, factio valde  
assinis; ab igne subterraneo in his;  
quasi in naturali alembico sublima-  
tum.

Factitium, quod præsertim ex Æ-  
gypto asportatur, ex sublimatione sic-  
ca fuliginis, urinae simul, & salis ma-  
rini certa quadam proportione con-  
junctis parari solet.

Alii ex sola fuligine peculiari ope-  
re confici credunt; animadvertendum  
tamen est hanc fuliginem ob combu-

sibilium deficientiam in his regioni-  
bus præcipuum subiectum ignis esse  
quæ ex stercore bovino, & camelo-  
rum combustis conficitur. Qua de causa  
in sale Ammoniaco principium vola-  
tile animale spiritui acido marino ma-  
xime prævalet; Chemici etiam salern  
Ammoniacum conficiunt ex his tribus  
substantiis compositum, sed ab Ægy-  
ptiaco magnopere differt.

Idem virtutem habet volatilizandi  
plura corpora fixa salina, aut metal-  
lica, quapropter speciosis nominibus  
Aquila Alba, aquila caelestis, Clavis  
metallorum appellari solet.

Ex connubio vitrioli, nitri, vel  
alias cum alkali volatili ammoniacali  
sunt salia ammoniacalia, vitriolica,  
nitrosa &c. ex eo pariter, & aqua forti  
species aquæ regis prodiit. In agglu-  
tinandis metallis pariter usum habet.

In calidis affectionibus, sanguinis  
nimio orgalmo, febribus ardentibus,  
primarum viarum inflammationibus  
non est ipso abutendum; nam vola-  
tilibus, & quasi causticis suis parti-  
culis, oleosis, inflammabilibus in-  
flammationes auget. In Lithimias  
tamen præceps est remedium.



CLASSIS IV.

DE

Metallis, & Semimetallis.

**N**ter tot, tantasque substantias, quas hu-  
mani generis commodo, & indigentia  
summus Auctor largitus est, Metalla non  
infimum locum obtinent, immo Medi-  
cae arti utilissima sunt; quamvis nulla ra-  
tione hujusmodi emolumentum cum beneficiis innu-  
meris, quae societati praestant, comparare possimus;  
natura enim sine illis profus deficeret, Medicina  
etsi non levi ipsi illato damno adhuc subsisteret.

§. II.

**M**etalla corpora sunt fossilia in propriis fodinis,  
salium more, verosimiliter procreata, omni-  
bus graviora, opaca, solida, diversimode colorata,  
splendentia, plus minusve ductilia, & malleabilia,  
ad ignem fusilia, ab acidis solubilia, non raro sapi-  
da, odore denique destituta. Parum ab his discre-  
pant Semimetalla, nisi quod malleabilitate, & ducti-  
litate careant, aliasque metallorum proprietates in-  
firmiori gradu ostendant. Ea porro in perfecta, &  
imperfecta distingui solent: perfecta dicuntur, quae  
ignem profus eludunt, neque ullam decompositio-  
nem, sed solam partium disjunctionem permittunt,  
ceterorumque metallorum proprietates excellentia su-  
perant; imperfecta ignis vim agre ferunt, a quo in-  
suas

E 2

suas



suas componentes partes facile sejunguntur, tum ab acidis omnibus facillime solvuntur, Semimetalloꝝ elementa parum inter se cohærentia, & heterogeneis valde principiis referta præ aliis citius decomponi patiuntur,

## §. III.

**I**llorum simul elementa tria nobis innotescunt. Principium primo inflammabile, phlogisticum, seu sulphureum universale, & homogœneum, quod cum terris metallicis confociatum metalla constituit; cum acido vitriolico catholico dicto, Sulphur vulgare præbet; in plantis resinas, & olea suppeditat; in corpore animali pinguedinem; atque illud est, quod majori copia ignem elementarem continet, immo conflari videtur ex igne ipso, & alia volatili subtiliori substantia, quæ nos adhuc latet. Secundum elementum agnoscunt a terra vitrescibili peculiaris indolis in unaquaque specie, ut omnes terræ vitrescibiles, præter vitra metallica, ineptæ sint ad metallicam formam suscipiendam, immo Chemicorum labores incaßum circa hanc rem impensi id satis confirmant. Quare tertium principium cum Sthallio, & Beckero erit admittendum, quod terram mercurialem appellant. Denique experimenta etiam id magis evincunt, nam vitra metallica diu igne vexata tandem aliquid amittunt, quo orbata pristinam formam respuunt recuperare.

## §. IV.

**I**nsuper quævis terrarum metallicarum, in quibus cujusque metalli essentia sita est, suos omnino speciales habet characteres; ut aliæ in vitrum talcosum; aliæ in filamenta quædam exilissima concrecant; aliæ post vitrescentiam in aureas facile avolent; quod etiam ostendit quamvis materiam oleosam ex tripli-



ci regno desumptam aptam esse ad metalla reducenda. Tandem, perfectis metallis exceptis, heterogeneis scitent, arsenicali præsertim, & vitriolico exuberanti; atque admixtione in fodinis orta ceterorum metallorum invicem deturpantur.

## §. V.

**S**ED (aurum, & argentum si eximas, quæ etiam si ab eisdem principiis originem ducant, tamen præter partium integralium separationem neutiquam resolvi sinunt) id ceteris metallis commune est animadversione dignum; quod vehementiori igne metalla cruciata modo citius, modo serius phlogisticum amittant, & in calcem, deinde in vitrum redigantur; quod facile tamen reducitur nisi diuturniorem ignem sustinerit; nonnulla vero simul ad ignem fusa invicem destruantur; omnia tandem ab uno, alterove acido solvuntur, & quoad aliquam saltem partem principio inflammabili in solutione orbantur.

## §. VI.

**C**IRCA Medicas facultates alia, & nobiliora quidem, aurum videlicet, & argentum prorsus inutilia sunt; dum enim a potentioribus mediis resolvi reuunt, neque a debilibus ventriculi viribus, aut a succis gastricis aliquid ex ipsis decerpi posse erit credendum, quod ad sanguineum laticem transduci queat; sed per alvum tandem excernuntur. Præstantissima quædam sunt, sed pauca, Mars, Hydrargyrus, & Antimonium, quæ, in primis viis in vitriolum, aut sulphur tenuius plerumque soluta, per vasa bibula, vel per cutis poros ad sanguinem se transferunt, hincque suas vires exercent, & per diaphoresim, diuresim, aut ptyalissimum morbosum fomitem



expellunt, ut singillatim demonstrabimus. Cetera metalla, & Semimetalla ad externum usum utiliter pertinent; intus vero nocua, vel saltem suspecta deprehendimus, & ob vitriolicas rudiores, & arsenicales particulas, lethalia saepe phenomena producant; quare rationales & prudentes Medici ea merito contemnunt, atque ablegant.

## §. VII.

**C**hemici vero, qui innumera remedia prepararunt, pauca tamen praestantia invenerunt; maxime circa metalla, studium omne atque diligentiam, posuerunt, ideoque perfecta metalla primo multiplici methodo tentarunt, sed, praeter aurum fulminans, frustra periclitati sunt, & immutabilia haec concreta eorum perquisitioni profus illudebant. Praestantiora denique suis investigationibus dum profecuti sunt magisteria, sublimata, praecipitata &c. elicerunt, sed mercurialibus preparationibus exceptis quae in pluribus morbis potissima sunt, de ceteris metallis Praxis edocuit ea magis praestare dum alcoholizata tantum, aut vino soluta propinantur, quam si longo opere elaborata fuerint; alias metallicas substantias, quarum deleteriam indolem infringere conati sunt, vel nondum tutas reddiderunt, vel in fatuas calces converterunt.

## §. VIII.

**C**auti profecto esse debemus non solum in eorum exhibitione, quae suspecta, aut inutilia sunt, verum praestantium usum attendere oportebit; nam dum intempestive propinantur venena saepissime exadunt. Animadvertendum enim erit ad aegri vires, & circumstantias, morbi causam, & indolem, ipsius remedia tutiorem preparationem, & dosim, atque sex

re-



DE METALLIS, ET SEMIMETALLIS. 71  
rerum non naturalium optimum regimen; fecus pau-  
cis neglectis, neque agros fanitati restituemus, neque  
nobis laudem comparabimus.

§. IX.

**R**eliquum est, ut de eorundem mechanicis usibus  
mentionem faciamus. Ex nobilioribus itaque me-  
tallis maxime nummi cuduntur ut commercium præ-  
fertim in Republica magis proficiat; ex vilioribus  
tormenta bellica parantur, ad pacem bello tuendam.  
Metallurgici vero his ad nobiliora a sordibus repur-  
ganda utuntur; vasa ex aliis ad usus culinaries, &  
æconomicos opportunissima, ex aliis ad iactationem,  
& magnatorum luxuriam fabrefiunt; pictores suos co-  
lores plerumque elegantissimos ex metallis conficiunt;  
nullierculę etiam fucos extrahunt, quibus temporis  
legibus student adversari. Tandem humanę societati  
ita necessaria sunt, ut iis carentes corpus ab aeris,  
tempestatumque injuria tegere, alimenta comparare,  
vitamque incolumem conservare prohiberemur.





## M E T A L L A

*Perfecta.*

63. **AURUM.** Sol. ☉. I. nativum (a) purum foli-  
lidum, granulatim, aut lamellatim, arenis,  
& terris permixtum (b) vel pyritibus, lapidibus,  
aut peculiari mineræ adhærens.

2. Coctum repurgatum.

1. Aurum nativum (a) lapidibus diversis, & arenis  
permixtum (b) vel mineralizatum. *Val. gen. 51. (a)*  
*sp. 1. (b) sp. 2. var. plures.*

2. Aurum caraticum. *Valer. gen. 7. sp. 11. var. 1.*  
*supplemen.*

LOC. I. (b) Norvegia, Hungaria, Guinea, Peruvia,  
Mexicum, Africa (a) flumina aurifera Cile, &  
alibi.

PHARM. 2. ☉, ☉ foliatum, præcipitatum.

QUALIT. Omnium corporum cognitorum gravissi-  
mum; ductilissimum; fixum, & homogenum; in  
solo ☉ solubile; ☿ familiarissimum; nullam  
cum ♁, vel ♀. ad ignem mutationem patiens;  
parum elasticum; saporis, & odoris expers; colo-  
re fulvo rutilans & post ♁, & ♁. candens, &  
liquefcens.

PRINCIP. Nondum clara; tamen. 1. Terra apyra  
fui generis. 2. Principium inflammabile phlogisti-  
cum. 3. Et terra mercurialis quorundam.

PRÆP. ☉ Potabile, Balsamicum. β. Fulminans,  
seu Crocus auri.

VIS. Cordialis? β. purgans, Diaphoretica.

USUS. β. Apoplexia, Epilepsia.

USUS



USUS PRÆCIP.

COMP.  $\odot$  foliatum intrat conf. Hyac. Alkerm.  $\text{☉}$   
Hannoverinum; Pannonicum rubrum, de Gutteta  
&c. Boli inaurandi.

DOSIS.  $\beta$ . gr. j. gr. iij. gr. v.

JUDIC. Nobilissimum, pretiosissimum metallum in  
Medicina plane inutile, iners, frustraneum  $\beta$ . caute  
adhibendum.

Inter admirandas auri proprietates  
ea porro adnotatu digna est, quod  
adeo ductile sit ut 651590. ultra suæ  
massæ molem extendi possit, quod  
etiam summam corporum divisibilita-  
tē elegantissime ostendit.

Depuratur Plumbo, Antimonio aut  
pulvere camentario, quæ cum auro  
simul fusa ignobiliores metallicas par-  
ticulas secum abripiunt, aurum puris-  
simum relinquendo.

Hombertius, & alii perperam cre-  
diderunt quod ope speculi uliorii in  
calcem redigatur; plures enim post  
eum eadem experimenta moliti sunt  
iisdem vitris adhibitis, tamen neque  
in calcem, neque in vitrum aurum  
immutare potuerunt; tantum observa-  
runt quosdam fumos ipsum emittere,  
& pondere aliquantum imminui; sed  
hos fumos tandem colligendo Aurum  
perfectissimum esse cognoverunt. For-  
tassis materia vitrescens ad aliquam  
heterogeneorum portionem pertine-  
bat; verum quidam experti sunt auri  
unciam per tres menses violentiori

igni fornacis vitrarie cruciatam, ne-  
que millefimam grani partem amisisse.

Aurum fulminans suspectum est re-  
medium, & testibus Hoffmanno, Lu-  
dovisio, & aliis sæpe alvum præter  
intentionem saneste movet, & vomit-  
um excitat.

Verum circa auri potabilis, aut  
eiusdem tincturæ efficaciam, ea vel  
nulla est, vel, si quæ, ab adjunctis  
componentibus derivatur, minime ab  
auro, quod nullam sui partem his  
subministrat. Tandem multa admi-  
randa quidam narrant de lapide Phi-  
losophorum, quo illico & metalla  
ignobiliora in aurum mutantur, &  
morbi omnes facile profligantur. Sed  
id prorsus fabulosum est, neque ma-  
teria, ex qua conflatur, neque confi-  
cendi ratio nobis adhuc innotuit, ac  
quidquid garruli aureis verbis pro-  
mittant, fumum vendere, & aurum  
subripere conantur.

Cetera multa, quæ tamen essent  
animadversione digna, minime ad  
rem nostram pertinent.

64. ARGENTUM Luna  $\text{♁}$ . nativum (a) quod  
sub plumarum, granulorum, aut glebarum forma  
faxis adhæret; vel in fluminibus argentiferis repe-  
ritur; (b) tum rude aliis metallis, auro præsertim,  
lapidibus, vel aliis mineris inhærens.

2. fufum, depuratum.

1. nativum (a) solidum, plumosum, granulatum, &c.  
(b) vel



(b) vel lapide, metallo, aut alias mineralizatum  
*Val. gen. 50. (a) sp. 1. & (b) seqq. var. plures.*  
 2. argentum purificatum. *Valer. gen. 6. sp. 5. var. 3. supplement.*

LOC. Italia, Hungaria, Norvegia, Anglia, sed præfertim Peruvia, & Mexicum, flumen della Plata & alia flumina argentifera.

PHARM. Argentum Foliatum, Præcipitatum. ☿

QUALIT. Post aurum omnium corporum ductile, fixum, & homogeneous, ac ☿ familiarissimum; post plumbum grave, supra aurum elasticum, & sonorum a ☉ solubile nulla cum ♁, aliquam ta-

men cum ☽ mutationem patiens, fusile eodem tempore, & exandescens, saporis, & odoris expers.

PRINCIP. Incerta, 1. terra alba, apyra sui generis, 2. principium inflammabile, 3. terra mercurialis.

PRÆP. Luna Cornea, & Tinctura lunæ, γ. Crystalli lunares, β. Lapis Infernalis.

VIS. ☿ & α cephalica? γ. hydragoga, escarotica, β. caustica.

USUS. α Mania, Epilepsia γ. Hydrops β. carnes fungosæ.

USUS PRÆCIP. β. Fonticula.

COMP. Bolorum involucra, Aqua ad capillos nigredine inficiendos quorundam.

DOSIS. γ. --- gr. ij. gr. vj.

JUDIC. Post aurum pretiosissimum, & nobilissimum, sed prorsus in medicina inutile, si excipias β. efficacissimum: & caute adhibendum.

Argentum diuturniori, & vehementiori igni expositum, absque ulla decompositione, minuitur, verum speculi ustorii ope post longum temporis spatium in auram avolat.

Hoc metallum nullam rubiginem

contrahit, sed sulphureorum halitu nigrescit.

Purissimi argenti solutio nullo colore poller, nisi admixtas habeat aris particulas, quæ ei colorem Cæruleum præbent.

Hæc



Hæc argenti solutio evaporata sup-  
 peditat Crystallos lunares, qui sum-  
 ma amaritie, & valida purgandi fa-  
 cultate donantur; si hi Crystalli in  
 crucibulo fusi, deinde in canaliculos  
 effundantur, indurescunt, & lapidis  
 infernalis nomen acquirunt; eximiam-  
 que causticitatem ostendunt; extrin-  
 secus amplissimum usum habent; caute  
 tamen incedendum est ob admixtas  
 corroderentes nitrolas particulas &c.

Luna cornea ex argento cum tale  
 communis fuso paratur. Hujusmodi  
 usus internus omnino frustraneus est,  
 quia nullo modo ut aurum in nostro  
 corpore decomponitur, ejuſdemque  
 enuntiata caustica preparata ab eodem  
 usu pariter proſtiganda sunt.

Ceteris preparationibus addi pos-  
 sunt luna potabilis, & diaphoreticam  
 lunare.

### Imperfecta.

65. **ÆS, CUPRUM**, Venus, ♀ 1. nativum (a)  
 sub foliorum, arborum, vel granulorum forma;  
 aut lapidibus, & mineris adhærens; (b) tum in  
 aquis mineralibus solutum, & denuo præcipitatum,  
 2. fufum, depuratum.

1. cuprum (a) nativum (b) & præcipitatum. *Val. gen.*  
 47. (a) sp. 1. & (b) sp. 2. var. plures.

2. **CUPRUM** eductile. *Val. gen.* 6. sp. 2. var. 5. sup-  
 plement.

**LOC.** Ubique frequens, sed Germania, & Suecia  
 præsertim.

**PHARM.** Æris Flos, Calx, Squama, Ærugo, Sal,  
 & Æs ustum.

**PRINCIP.** 1. Terra rubra, metallica, vitrescens, 2.  
 principium phlogisticum, incombustibile, 3. mul-  
 tum sulphuris combustibilis, 4. nonnihil arsenicalis  
 principii.

**QUALIT.** post ☉, ♀, ♁, ♃ grave; post ☉,  
 & ♃ ductile; sonorum, elasticum, durum, ferro  
 tamen mollius, & fusile; a quovis menstruo salino  
 solubile; marte excepto, difficilius quam cetera  
 metalla a mercurio penetratur; a plumbo, & an-  
 timonio destruitur; in igne ante fusionem exan-  
 de-



descens; coloris rubri, saporis vitriolici, atque odoris expers.

PRÆP.  $\beta$ . Spiritus Asthmaticus Michaelis,  $\alpha$  Tinctura æris Boerh.  $\epsilon$ . Ens Boilei, Spiritus aruginis, Vitriolum, Cuprum artificiale.

VIS. adstringens, corrodens, emetica, venefica  $\beta$ .  $\epsilon$ . incidens? attenuans?  $\alpha$  aperiens?

USUS. Ulcera, Carnes fungosæ  $\beta$ . Asthma?  $\alpha$  urinæ suppressio?  $\epsilon$ . Rhachitis? Gonorrhæa.

COMP. Unguentum Ægyptiacum, Damascenum, Collyrium Cæruleum.

DOSIS.  $\epsilon$ . gr. ij. gr. x. gr. xij-xxx.

JUDIC. Intus suspectum, nocuum, inusitatum, mechanicum valde, modice pretiosum.

Ærugo, & sal æris simili modo ab erosione acidi vinosi, aut aceti perficitur.

Flos æris producitur ex cupro fuso, & in aqua frigida extincto, donec in granulos miliares evadat.

Æs ustum ex calcinatione æris, cum sulphure peracta prodit.

Squama æris oritur quando assignatum malleis percutitur.

Fex, quæ ab ære caldario relinquatur, Diphryges vocatur, & aliquando Tutia substituitur.

Præcipitati viridis mentionem faciemus articulo de Mercurio.

Hæc omnia adstricoria virtute plerumque prædita sunt, & usum tantum externum respiciunt; Arsenicum, & Mercurius, ad breve tempus, Æs album, argenteum efficiunt.

Ad hoc metallum plures mixturæ metallicæ pertinent, inter quas elegantiores sunt:

Aurichalcum ex ære, & lapide calaminari confectum.

Æs caldarium, vulgo (Bronzo) ex cupro, stanno, & plumbo constat.

Metallum tombacinum ex ære re-

ducto, & zinco patrant, cui similia sunt metallum Robertum, & Similor.

Tandem Metallum Chalybeum ad specula usoria conficienda, ex ære, chalybe, & ex stanno fabrefaciunt.

Pictores etiam tum viridi æris, cum sale æris utuntur, quod postremum Viride æternum appellant.

Vasa aenea tum ab usu culinari, cum pharmaceutico, saltem duriora, sunt excludenda; nam facile æris particula, & arsenicales inhaerentes a cibis, vel pharmacis plerumque salinis, eroduntur, & intus vomitum, tormina, pleraque alia terribissima phenomena, mortem etiam aliquando asserere possunt. Apparet enim eludem usum saltem internum a medicina esse ablegandum.

Hic locum habet CHRYSOCOLLA Veterum, quod nil aliud est quam cuprum in suis mineris solutum, & naturaliter præcipitatum. *Val. gen. 47. sp. 3. var. 3.*

MALACHITIS ejusdem naturæ est substantia, sed compactior, quæ suæ originis causa violenter purgat. *Val. ibidem var. 5.*



66. FERRUM, MARS. ♂, 1. nativum (a) purum (b) mineris adhærens, vel sub diversa marcatitarum coloratarum forma concretum.

2. FERRUM fufum, malleabile.

3. CHALYBS.

1. (a) Mars nativum solidum (b) mars mineralizatum, & chryftallizatum diverfi coloris. *Val. gen.*

46. (a) sp. 1. var. plures (b) ibidem species plures, & var. seqq.

2. Ferrum crudo ferro colliquatum, purum, malleabile. *Valer. gen. 6. sp. 1. var. 2. supplem.*

3. Ferrum duriffimum, & puriffimum ad filicem fcintillans. *Valer. gen. 6. sp. 1. var. 3. supplem.*

LOC. Ubique, copiofius tamen Germania, Gallia, Hispania, infula Ilva, agrum Brixienfe.

PHARM. Fruftula, Scobes, Limatura, Rubigo, feu Calx naturalis.

QUAL. Omnium metallorum duriffimum; minus ductile; difficilium fufile; (& ftanno excepto) leviffimum; a quovis menftro, & ab aere ipfo folubile; admodum fonorum; minimam, præ reliquis, cum mercurio affinitatem habens; maximam cum magnete; cum plumbo, vel antimonio fufum in auras avolans; a malleis percuffum fufibilitatem amittens; ante liquefactionem excandescens; faporis adstringentis; coloris, dum rude eft, nigricantis; politum albi-fplendentis cum aliquo livore; odoris expers.

PRINCIP. 1. Principium inflammabile, facile evanescens; 2. terra multa vitrefcibilis; 3. non parum principii vitriolici.

PRÆP. *adstringentia*, Crocus martis, & Tinctura martis adstringens Boerh. *aperientia*, Crocus martis aperiens, Ipuma martis Riverii, Mars diaphoreticus, extractum aperiens Minsich. idem Lemery, Tar-



Tartarum martiale solubile, Sal absynthii calybeatum, Tinctura martis aperiens seu Tartarizata Boerh. eadem aronizata, vinoso, & alia plures.

**VIS.** Adstringens, aperiens, amenagoga, deobstruens, diuretica, tonica, anthelminthica.

**USUS.** Ut *adstringens* Diarrhæa, Dysenteria, Hæmorrhoides; Hæmorrhagiæ, Fluor albus, Menfes nimii, Gonorrhœa, pulmonum Ulcus, Febres intermittentes; ut *aperiens* viscerum Obstructio, Hypochondria, Hydrops, Clorosis, mensium Suppressio, tandem Vermes, &c.

**USUS PRÆCIP.** Mensium Suppressio, aut profluvium, & fluxus omnes.

**COMP.** Clysteres, Apozemata, & vina medicata, adstringentia, & corroborantia.

**DOSIS.** gr. xij. ℞. ℥b. & ultra.

**JUDIC.** In Medicina præstantissimum, & usitatissimum, in Mechanicis supra aurum necessarium.

Ferrum non solum in ipsis terræ fodinis reperitur, verum etiam quævis naturalis substantia ferreis rudimentis plus minusve saturatur; ex terris ideo argillosis, & vitrescibilibus, & materia simul inflammabilibus. D. Lemeryus junior ferrum extraxit; D. Galeatus Bononiensis in plantis, & animantium succis idem copiosum detexit; in rubro vero sanguine inesse D. Menghinius pluribus experimentis demonstravit.

Circa medicos usus, chalybi ferrum est anteponendum, & hoc simplicius, & supra porphyricem tantum alkoholatum ceteris suis præparationibus anteferendum esse putamus; salibus enim, vel aliis actuosis principis permixtum, difficilius in primis viis solvitur, infirmioresque exerit vires.

Huiusmodi agendi ratio perlongo indigeret sermone, ut tamen brevitati conlulani id certum habemus.

1. Quod Mars ex se nullam in nostrum corpus actionem præstat nisi in primis viis aptos succos inveniat, a

quibus solutum, in vitriolum tenuius immutetur.

2. Hac metamorphosi peracta, per totum sanguineum laticem diffunditur, hincque suas exercet vires; quod ceteris adstrictoriis remediis, quæ parum ultra primas vias agunt assequi non possumus.

3. Eiusdem virtus tum in fluida, cum in solida exercetur, sed in hæc præfertim.

4. Hæc facultas tantum adstrictoria est; tamen pro diversa corporis ægrotantium constitutione, nunc aperiendi, nunc adstringendi virtute pollet.

5. Itaque ut hi contrarii effectus inter se concilientur.

Primo fibra talis esse potest, ut vel contenta fluida densa, glutinosa, crassa impar sit per vala in motum citere, vel retardata obstruens materies, aut plenitudo ipsa fibræ ita distendat, ut sui elaterii partem amittat; tunc martialia adstringendo fibrarum tonum, & vim contractilem augent, ac facile præstant ut viscerum obstructions referentur; mensuræ



DE METALLIS, ET SEMIMETALLIS. 79

struus, sanguis promoveatur, aqua hydropicorum eliminetur, & alia hujus sensus beneficia, obtineantur, quæ ut ita dicunt aperiendo in morbis afferre solent.

Verum sanguis ita peccare potest, ut nimis lymphæ dilutus, vel acrimonia solutus, eandem fibræ relaxando, ac debilitando insolitas petat vias, & tunc pariter chalybeata adstringendo, & lumina vasorum coarctando id præstant, quod sanguis intra proprios limites coarctetur, & ipsa fibrosa pars sanguinis contipata fluidius serum, & copiosum nimis ex parte rubra eliciatur, quod requiritur in diarrhæis, dysentericis, hæmorrhagis, ac ceteris hujusmodi naturæ morbis. In utroque tamen casu martialium usus protrahitur, nimis tandem adstringit, & vel primi ordinis morbos, vel peiores etiam alios producit; ideoque cautissime incedendum est ubi ægritudines a nimia fibrarum contractione, aut spasmo originem ducunt, vel ubi relaxatio tanta sit, ut elasticium restituenti spem prorsus eludat; nam heroicum sane remedium, tunc venenum evadit. Tandem animadvertendum est sub martialium usu, motum muscularem summe necessarium esse tum ad universalem martialium molecularum diffusionem; cum ad fibrarum oscillationem excitandam, & motum sanguinis circularem promovendum.

Plura extant ferro affinia; hic notata digna HÆMATITES lapis, primum est ferri minera polyedra, quæ in eisdem fodinis reperitur, colore plerumque rubro, seu rubigine ferrea circumperfa; ut ex Marte ita

ex ea flores, Crocos, & tincturas eliciunt; hæ præparationes non sunt aspernandæ, tamen frustraneæ evadunt, quia ad unguenti cum Marte conveniunt.

MAGNES pariter substantia est nigra ferruginea, quæ eodem cum ferro natales agnoscit, ac eandem, sed infirmiores possidet vires.

Nullus tamen illius in Medicina est usus. Mirabilis vero attrahendi, & repellendi facultas, & ad polos directio jam vulgatissima sunt, quæ phisicis perscrutanda relinquimus.

SMIRIS etiam ad ferreas mineras pertinet; substantia est metallica, colore ad nigredinem tendente, & adeo dura, ut ad gemmas scalpendas, & chalybem ipsum expoliendum adhibeatur.

Chemicis eum magni faciunt, quia aurum immaturum esse opinantur, sed Medici prorsus ablegant.

MAGNESIA, seu magnesia ferruginosa antimonium nitore, & colore referens ad artem vitrariam magis, quam Medicam competit.

Figulini etiam ipsa utuntur ad vasa nigro colore, ut Zafferæ, Caruleo inscienda.

PETRACORIUS Lapis denique ejusdem naturæ substantia dura, nigra, ferruginea ad similes figulinos usus adhibetur. Tandem venit lapis QUADRATUS, qui nil aliud est quam minera ferri cubica, crystallizata. Rubrica fabrilis, Ochra lutea & tripel-la, quas inter terras descripsimus hæc referri possent; sed consuetudo postulavit ut alio loco de his verba faceremus.

67. STANNUM. Jupiter ♃ 1. nativum, (a) purum (b) mineralizatum, arsenico, aliisque substantiis adhærens.

2. Stannum liquatum.

1. (a) Stannum nativum (b) crystallizatum, ferro, arsenico, & lapidibus inhærens. Valer. gen. 49. (a) sp. 1. var. unica (b) ibidem sp. 2. & seq. cum suis variet.

2. Stan-



2. Stannum, fufum, depuratum. *Valer. gen. 6. sp. 4. var. 2. supplement.*

LOC. Bohemia, Misnia, Anglia, Malaca Infula, & alibi.

PHARM.  $\delta$ . Limatura, calx.

QUALIT. Omnium metallorum levissimum; fusile; & plumbo excepto, minus ductile, & sonorum; admodum molle, & in complicatione fridens; in

$\text{O}$  solubile, mercurii amicum, in igne cum plumbo, vel antimonio se destruens; cetera metalla facillime penetrans; ante excandescentiam liquefscens; coloris albi splendentis; saporis, & odoris expers.

PRINCIP. 1. Terra alba, semi-vitrescibilis crystallina; 2. principium inflammabile; 3. nonnihil salis arsenicalis;

PRÆP.  $\sigma$ . Sal jovis  $\pi$ . Bezoardicum joviale  $\omega$ . Aurum Musivum.

VIS.  $\delta$ .  $\sigma$ .  $\omega$ . Antihysterica?  $\pi$ .  $\omega$ . demulcens? diaphoretica  $\rho$ . pforica.

USUS. Febres malignæ, Hysterismus, Phtisis Herpes.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS  $\pi$ . gr. j. gr. iij. gr. vj. & ultra.

JUDIC. Incertum, suspectum, parum usitatum  $\pi$ . efficax? mechanicum valde.

Præ reliquis metallis impurum valde, e suis foliis effoditur, & multo artificis opere eget; antequam suam puritatem acquirat. Ope Speculi Ustorii in calcem reducitur, quæ radiis solaribus diu exposita in crystallos hispidas concrefcit.

Boerhavius ob admixtas arsenicales particulas nocuum esse existimavit; sal,

& Calx jovialis simili modo ac ex plumbo paratur.

Præparationibus addi possunt liquor simans quorundam flores, & magisterium jovis.

Extra Medicinam, ex eo conficiunt Stannum foliatum, & Cerusam ad usus cosmeticos: Metallum etiam ad patinas fabrefaciendas.



68. PLUMBUM, Saturnus, **♄** 1. (a) nativum (b) venæ plumbariæ, terræ nigricanti, aut sulphuræ adhærens.

2. Plumbum fufum.

1. (a) Nativum folidum, vel granulatum, (b) Mineralizatum, fulphuri, argento, lapidibus, aut terris inhærens. *Valer. gen. 48. (a) sp. 1. var. 1. & 2. (b) ibid. sp. 2. & seq. cum fuis variet.*

2. Plumbum colliquatum. *Val. gen. 6. sp. 3. vdr. plures fupplem.*

LOC. Gallia, Hispania, Italia, fed Germania, & Anglia uberius.

PHARM. Plumbi recrementa: funt Calx, feu Cinis; Minium; Lithargyrium auri, & argenti; Plumbum uftum; Cerufa pluries lota.

PRINCIP. 1. Terra facile vitrefcibilis, & in auras avolans; 2. modica principii inflammabilis fugacis copia.

QUALIT. Post **☉** & **♁** graviffimum; præ aliis minus ductile; molle; facilius fufile; impurum; parumque fonorum; cetera ignobiliora metalla fufione deftruens; igne cruciatum pondere augeatur, & tandem vehementiffimo igne evanefcit; mercurio familiare eft; ante incenfionem liquefcit;

**☿** & pinguibus folubile; coloris livide fplendentis; manus inficiens; faporis, & odoris expers.

PRÆP. Acetum, ε. Saccharum, Balsamum, & Nutritum faturni, mumia mineralis, & ω. lac virginalè.

VIS. Abftergens, exficcans, cicatrizans, refrigerans, antiprodiaca, antambuftica ω. cosmetica.

USUS. *Extrinfecus*. Ulcera, Excoriationes, Herpes, Ophthalmia, pluresque morbi cutanei; *intrinfecus* ε. pulmonum Affectiones? Dyfenteria &c.

USUS PRÆCIP. Ulcera.

*Mat. Med. Contraâta.*

F

COMP.



COMP. Unguentum Rubrum, Apopholorum, & Album; emplastrum Diapalma, Diachylon, Album, Nigrum, Polychrestum, Diapompholigos, Diacalcitheos, & pene omnia Cerata, & emplastra non resinosa.

DOSIS: gr. ij. gr. jv. gr. x.

JUDIC. Externe præstans, usitatissimum; intus nocuum, venenatum, mechanicum tamen valde, &c.

Plumbum ignis vi expositum in cinerem, seu calcem griseum convertitur, quæ dum ignis magis intenditur, flavescit, postea rubicunda fit, & minium appellatur.

Verum summa ignis vehementia, in vitrum mutatur, quod ad cetera metalla repurganda opportunissimum est.

Lithargyria sunt relicta post depurationem Auri, vel Argenti per calcinum peractam.

Plumbum aceto solutum, & denuo præcipitatum Cerusam audit.

Idem cum sulphure calcinatum præbet plumbumustum.

Acetum saturni gignitur, acetum vulgare pluries cerusa edulcorando, a quo, evaporationis ope, saccharum saturni extrahitur; ex eo cum oleo

terebinthinz oritur balsamum saturni. Nutricum fit ex aceto saturnino, & oleo quovis.

Ex solutionibus Aluminis, & ejusdem Sacchari simul commixtis, producit Lac virginale mulierculis carissimum.

Mumia mineralis tandem conficitur, supra ignem amalgamando plumbum cum mercurio, donec materia perfecte flavescat.

Externe ulceribus, morbisque aliis cutaneis non parum prodest; verum intus sumptum, stomachi gravitatem, tormina, alvi stipticitatem, spasmos, difficilem respirationem, & innumeros alios consecutivos morbos producit.

Quare nostro non solum, sed universorum judicio ab ulu interno prorsus est ablegandum.

### Semimetalla.

69. ANTIMONIUM Stibium; 1. (a) nativum; (b) striatum; sulphure, & arsenico mineralizatum;  
2. Antimonium fufum.  
1. (a) Regulus antimonii nativus (b) antimonium striatum mineralizatum sulphure arsenico, & lapidibus inhærens. Valer. gen. 43. (a) sp. 1. var. unica (b) ibid. sp. 2. & seqq. cum suis variet.

2. An-



2. Antimonium crudum. *Valer. gen. 5. sp. 4. var. 1.*  
*supplement.*

LOC. (a) & (b) Suecia prope Salberg, (b) Italia,  
 Gallia, Saxonia, Bohemia, Hungaria, Transilvania.

PHARM. Regulus, vitrum, Magisterium, Antimo-  
 nium, vinum sibiatum, pateræ emeticam vim po-  
 tui communicantes.

QUALIT. Ponderosum; friabile; fusile; non ductile;  
 minimam cum mercurio affinitatem præferens;  
 striis splendentibus, & punctulis micantibus refer-  
 tum; cetera metalla, auro excepto, in fusione de-  
 struens; sola aqua regia solubile; a ceteris acidis  
 potius calcinabile; post ruborem liquefcens; colo-  
 rem plumbeum nigricantem exhibens; saporis, &  
 odoris exers.

PRINCIP. 1. Sulphuris mineralis magna copia, 2.  
 acidum vitriolicum, 3. terra vitrescibilis, 4. an-  
 falis ammoniacalis ulla portio?

PRÆP.  $\beta$ . Hepar Antimonii, Crocus metallorum,  
 Tartarus emeticus, Pulvis Algaroth.  $\lambda$ . Sulphur  
 auratum, Panacea mineralis, Kermes mineralis  $\Theta$ .  
 Flores antimonii, Cinabaris antimonii, Bezoardi-  
 cum minerale, Antimonium Diaphoreticum,  
 Clifus Antimonii, Tinctura Antimonii, & similes  
 aliæ quam plurimæ  $\delta$ . Butyrum Antimonii.

VIS. Attenuans, edulcorans, deobstruens, antivene-  
 rea, anthelminthica  $\beta$ . Emetica  $\lambda$ .  $\Theta$ . Cathartica,  
 diaphoretica,  $\delta$ . caustica.

USUS. Febres intermittentes, putridæ, viscerum Ob-  
 structio, Morbi cutanei, Scorbutus, Hydrops, Clo-  
 rosus, Arthritis, Gonorrhœa, Tabes, Ophthalmia,  
 Tumores  $\delta$ . Carnes fungosæ.

USUS PRÆCIP. Scabies.

COMP.  $\text{☉}$  cornachinus, Specificum Mortoni, no-  
 duli, collyria.



DOSIS. ℞. ℥j. ℥ss. & ultra.  
 JUDIC. Præstans, utile, tamen caute exhibendum;  
 mechanicum etiam.

Licet olim inter venena hoc concretum recenseretur, hodie tamen præstantissimum remedium suppeditat; & quædam tantum hujus præparata Medici doctrina, & prudentia indigent; etenim si calcinatione maxima sulphuris componentis parte orbetur, vel cum acido vegetabili confocietur, emeticum evadit; contra vero, si cum acidis mineralibus, vel spiritu vini copuletur, emeticam virtutem amittit, & diaphoreticam assumit, quæ a simpliciori, & crudo antimonio facilius obtinetur, quam a suis præparationibus; in eo copiosiores sulphureæ particule salinas magis obtundunt, & tenuissime sua expansione sudorem promovendo profunt.

Incaustum ejusdem frustula in decoctionibus suspendunt, nisi hæ acidæ sint, cum aqua parum vel nihil activi principii inde extrahere possit.

Inter præparationes plures omisimus, quas frustraneas judicavimus, alias articulo de nitro, & alibi descripsimus. Animadversione tamen digna est, quam Tartarum emeticum appellant: quem hepar antimonii cum sextuplo cremoris tartari in aquæ communis sufficienti quantitate ebulliendo, inde ad siccitatem liquorem evaporando conficiunt; eximiumque prodit vomitorium ceteris anteponeandum; in hujusmodi tamen usa plura sunt

perpendenda, quæ pariter ceterorum emeticorum usum respiciunt.

Inquirendum enim erit, num æger facile vomat, nec ne: quo videlicet sensibilitatis gradu polleat; an hæmoptysim passus sit. An hernia laboret? num vasa nimis turgent, num mulier ægroans fetum gerat; quibus cognitis, antimonii usus prætereundus erit. Quo vero ad morbi indolem, ubi ejusdem fomes in primis visis stabulatur; ubi intestina paralyti afficiuntur; aut ægri comatosis passionibus corripiuntur, tunc maxime convenit, sed in inflammationibus intestinalium, spasmo, vel quocumque morbo a nimia fibrarum oscillatione orto absolute ab ipso cavendum est.

Inter vomendum autem potissimum est decoctiones assatim bibere, ad moderandos vomendi conatus, & ejectionem saburæ promovendam; tandem si ex quavis stibii emetica præparatione æger male se habeat, spiritus vitrioli aut sulphuris aliquod guttæ in aquæ cujusvis cyatho exhibitæ, statim vomitum sistunt, eique specificum sunt; ut opio copiosius sumptæ est acidum citri.

Antimonium, præter Medicos usus, multiplici Mechanico inservit; Metallurgicis, præsertim, aurifabris, typographis, &c.

70. BISMUTHUM, seu Marcasita officinarum (a)  
 Nativum (b) Arsenico, Cobaltho, aliisque substantiis adhærens.

WISMUTHUM. (a) Nativum (b) mineralizatum, punctulis Galenæ instar micantibus. Valer. gen. 44.  
 (a) sp. 1. (b) sp. 2. cum suis variet.

LOC. Misnia, Boemia, Anglia.

PHARM. Regulus, &c.

QUA-



DE METALLIS, ET SEMIMETALLIS. 85

QUALIT. Ponderosum, fragile, fusile, argenti plerumque colore ad rubrum vergenti nitens, striis refertum, regulum antimonii exhibens, spiritu nitri præsertim solubile, post incensionem liquefcens, & Mercurio parum affine.

PRINCIP. 1. Terra vitrescibilis; 2. principium inflammabile, fugax; 3. nonnihil arsenicalis principii.

PRÆP.  $\beta$ . Flores  $\gamma$ . Magisterium.

VIS.  $\beta$ . Diaphoretica  $\gamma$ . Cosmetica.

USUS. Cutis dealbanda.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS  $\beta$ . subsequenti.

JUDIC. Inusitatum, suspectum, mechanicum.

Argentiferæ fodinæ sæpe bismuthum ad cutim dealbandam utuntur; quod continet. que simile ex stanno etiam conficiunt. Magisterium ejusdem, etiam album Intrat compositionem patinarum Hispanicum vocant, quo mulierculæ stannearum.

71. ZINCUM, Marcasita pallida quorumdam.

ZINCUM Sulphure, ferro, vel plumbo mineralizatum, colore obscuro, particulis micantibus. *Valer. gen. 45. sp. 1. var. plures.*

LOC. Plumbi fodinæ, Goslaria, & alibi.

PHARM.

QUAL. Ponderosum; fusile; nonnihil ductile; inflammabile; volatile; colore plumbeo-ceruleo; habitu bismuthi; a spiritibus omnibus acidis, præsertim nitroso, solubile; cum omnibus substantiis metallicis coalescens, bismutho excepto; tempore incensionis liquefcens; odoris, & saporis expers.

PRINCIP. 1. Terra vitrescibilis; 2. multum sulphuris.

PRÆP.  $\Omega$ . Flores zinci.

F 3

VIS.



VIS. Purgans, adstringens, diaphoretica?

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS Ω --- ℥ gr. jv. gr. xij.

JUDIC. Externe non contemnendum, inusitatum tamen, mechanicum valde.

Zincum quod frequentissime in fodinibus cum plumbo coalescit, ab eodem funditur, separari solet; Fornacibus enim speciali modo constructis, ad instar cadmia; earum parietibus adhærescit, quibus refrigeratis, colligitur Zincum, & denuo in placentulas funditur.

Zincum stanno dealbando, purificandoque inservit, ut plumbum auro.

Flores ejusdem tali pacto conficiuntur. Zinco vehementiori igne in crucibulo fuso, & ferreo baculo agitato, pars phlogistica in auras avolat, & superstes materia in tenuissima filamenta immutabitur, quæ flores nuncupatur, & in sudoribus promovendis celeberrimorum virorum laude non destituitur.

Zinco affinia sunt,

LAPIS CALAMINARIS seu Zincum, minera terrea, colore flavescente secundum Valerium. Hæc substantia frequentissima est Germaniæ fodinibus, Hungariæ, & Aquilgrani præsertim, metallica est, friabilis, ferro, Zinco, & terra multa confusa.

Usus tamen externum solum respicit, ad infantum excoriaciones, ulcera, & lippitudines sanandas; frustanea tamen mihi videtur, cum Tutia potissime ei substituitur; nihilo

tamen minus in emplastro, Manus Dei griseo, & collyriis usurpatur.

Ex ea cum ære fusa aurichalcum perficitur.

TUTIA officinarum ei succedit; seu Tutia grisea condensata Valer. nec aliud est quam ipse lapis Calaminaris, qui in aurichalco conficiendo sublimatur, & fornacum parietibus adhæret; inter Ophthalmica remedia merito recensetur; unde, pluries in aqua rosarum prius extincta, in Ophthalmiis, oculorum ulceribus, & lacrymatione &c. haud exigua utilitate præscribi solet; internum nullum habet usum; intrat unguentum Ophthalmicum D. Charas.

PONPHOLIX, seu Tutia dilute cinerea levior Valerii; nil aliud est quam Tutia tenuior, seu melius flos, aut fuligo lapidis calaminaris cum ære fusi. Simili cum suprascripta, sed infirmiori virtute gaudet; in officinis prostat unguentum Diapompholigos, parum tamen usitatum.

SPODIUM tandem GRÆCORUM, seu Tutia alba, farinacea, levissima Valer. cineris species est tenuissima, quæ in officinis aurichalco fundendo accommodatis colligitur, similibus viribus pollet, nihili profusus in Medicina faciendâ.

## 72. CINABARIS Nativa.

HYDRARGYRUS Sulphure mineralizatus, minera rubra. *Val. gen. 40. sp. 2. var. plures.*

LOC. Peruvia, Hispania, Gallia, Hungaria, Italia, & aliæ regiones.

PHARM. Pulvis Cinabaris pluries lota, Suffumigia.

QUA=



QUALIT. Post aurum, & mercurium gravis; a nullo menstruo solubilis; fragilis; granulosa; colore rubro-fusco nitens; odoris, & saporis expers.

PRINCIP. 1. Sulphur vulgare; 2. cum mercurii vivi parte circa octupla consociatum; 3. Arsenicales molecula non raro adventitiæ.

PRÆP. Mercurius regeneratus.

VITÆ. Antivenerea, cephalica; anodyna? cordialis?

USUS. Lues cætica, Epilepsia, Convulsio, Mania.

USUS PRÆCIP.

COMP. Pulvis Hannoverinus.

DOSIS FACTITIA. gr. j. gr. xv. ℥j. & ultra nisi pondus obsit.

JUDIC. Iners, inutilis; suspecta; mechanica.

Quidquid de Cinabaris tum nativæ, tum factitiæ virtute, atque efficacia sperandum esse quidam laudeant; nos tamen de hujusmodi inertia certiores facti, id in animum Tyronum inducere curabimus, ne ipsi decipiantur, aut alios inconsulto decipiant. Corpora, quæ a nullo menstruo, etiam potentiori, acido, vel alkalino-salino, vel aqueo, aut oleoso; immo etiam Chemicis artificis in auxilium adductis nullam mutationem patiuntur; neque a ventriculi succis, vel animali calore ullam decompositionem subire possunt. Cinabaris enim hujus indolis est; ut solo vehementiori igne, qui in humano corpore deest, in suas componentes partes separari possit. Ergo tubum intestina-

leni ingressa, proprio pondere adjunctissime, & inutiliter per alvum ejicitur. Quis enim audebit tot, tantasque virtutes imprudenter eidem tribuere? de quo si accipites estis, Recentiores pervolvite; omnes eandem sententiam amplecti videbitis; inter quos eminet Char-teuserus in sua dissertatione de Cinabaris inertia Medica Francof. ad Viadrum 1743.

Animadvertendum saltem est, quod si unquam Cinabari uti cuidam placeat, factitiam nativæ anteferat; Hæc enim sapissime arsenicalibus partibus scætet, & nocuos ex his effectus præbet, alteram vero tutissimam saltem, nisi proficuum experimur.

73. HYDRARGYRUS Mercurius ♀ i. nativus

(a) purus currens (b) terræ, lapidibus, vel metallis adherens.

2. Cinabaris nativa.



1. Hydrargyrus natus (a) & (b). *Val. gen. 4. sp. 1. var. plures.*

2. Hydrargyrus sulphure mineralizatus, minera rubra. *Valer. ibid. sp. 2. var. plur.*

LOC. Hispania, Bohemia, Hungaria, Carnia, Carinthia, Forumjulli, Monspellium, Normannia, Peruvia, & fodinarum lacunæ.

PHARM. Mercurii Calx, Mercurius crudus, potabilis.

QUALIT. Post aurum gravissimus; & corporum omnium fluidissimus, & densissimus; summe volatilis; metalla madefaciens, aurum præsertim; a spiritibus acidis, nitroso præcipue, solubile; ab oleosis omnibus figitur; tactu frigidissimus est; argenteo colore splendens; odoris, & saporis expers.

PRINCIP. Obscura; tamen. 1. Terra vitrescibilis volatilis, 2. Sulphur fugacissimum, 3. Frequenter principia arsenicalia.

PRÆP. Æthiops mineralis; Cinabaris factitia; Mercurius Diaphoreticus, Auratus, Jovialis, Thempsoni; Panacea mercurialis Valentini, vel aliorum; Mercurius sublimatus dulcis; Arcanum corallinum; Præcipitatum album, flavum, seu Turbith minerale, rubrum, viride, nigrum; Mercurius sublimatus corrosivus.

VIS. Abstergens, purgans, emetica, incidens, anti-venerea, sialaghoga, anthelminthica, insecta enecans. Diaphoretica, psorica, attemperans, caustica.

USUS. *Interne* Lues venerea, vel quivis morbus ab illa dependens; Scabies; Vermes; Pediculi enecandi; Scorbutus; Arthritis; Strumæ; viscerum Obstructio; volvulus &c. *externe* Carnes fungosæ, Ulcera; foudida, Tumores.

USUS PRÆCIP. Lues castica.

COMP.



COMP. Pilulae mercuriales Godofredi, Rottarii, Be-  
lofti, & alia plures; Unguentum mercuriale com-  
mune, Rottarii, Placentinum, Neapolitanum, de  
ranis c. m.; unctiões mercuriales; Suppositoria  
ad ascarides necandas.

DOsis Crudus ut anthelminthicus ℥ss. ℥iij. ℥v. &  
ad ʒ aliquot, & ultra in Volvulo.

JUDIC. Contra Luem veneream remedium antefi-  
gnanum, & pluribus morbis in peritorum manibus  
heroicum, mechanicum etiam valde.

Hydrargyrus crudus olim inter ve-  
neia recensetur, nunc compertum  
est tutissime ipsum offerri posse; non  
omni periculo tamen vacat ejusdem  
diuturnior usus, sed de iis valet sermo,  
qui frequentius hoc metallum præ-  
manibus habent, uti fossores, inau-  
ratores, auri depuratores, & Chirur-  
gi ipsi, qui calciscos inungunt; hi  
arcuum tremoribus, paralyfi, lethali  
ptyalismo sæpissime labefactantur;  
de cetero ægotantibus nullum detri-  
mentum evenire potest, qui pruden-  
tis Medici auxilio, & ad breve tem-  
pus eo uti solent.

Hujus in lue venerea externi usus  
inventorem fuisse Jacobum Carpensem  
Medicum Bononiæ Professorem plures  
asserunt. Non inconsulto tamen tum  
suffumigia, cum inunctiones sunt admini-  
stranda. Ægotorum enim circumstantiis  
recte perpenfis catharsis, V.S., humorum  
repurgatio, & alia pro ægotantis in-  
digentiæ sunt præmittenda, tum re-  
gionis, ac tempestatis, ratio habenda  
est, ut omnia disposita sint ad hy-  
drargyri utilitates ab ægro tutius per-  
cipiendas, secus enim curatio saltem  
frustranea evadit.

Tutissime vero, & feliciter, interdum  
præmissis præmittendis, intrinsecus  
in his morbis profligandis Mercurius  
adhibetur; aliquando enim per  
chatartem, aliquando per salivatio-  
nem, vel sudores etiam, mercurialia  
preparata, pro ægotorum circumstantiis,  
agere solent.

Si mercurialia Chatarticiis copulen-  
tur per alvum virus venereum elimi-

nant; si confervis rosarum, aut alia  
ratione irretiantur, diutius in ven-  
triculo morantur, & citius ptyalif-  
mum movent, qui si excedat, pur-  
gantibus cohibetur; si serotinus sit  
inunctionibus erigitur; per solam Cha-  
tartem tamen, leviores hujus indolis  
ægritudines aliquando curantur.

Qualis sit Mercurii in corpore hu-  
mano agendi ratio, difficile est defini-  
re. Nonnulli aciditatem ejusdem,  
alii Alchalescentiam autumant; qui-  
dam virus venereum a Mercurio asor-  
beri credunt; nonnulli, neque for-  
tasse citra rationem, ex connubio for-  
mitis calcici cum Hydrargyro, spe-  
ciem sublimati oriri putant, quod va-  
scula corrodingo, ulceras, salivatio-  
nem &c. producat; tamen ex solis  
Mercurii proprietatibus, eximia vi-  
delicet densitate, summaque divisibi-  
litate satis explicari potest, quomodo  
tenuissima vascula perreptando, humo-  
res viscidiores, densioresque suo pon-  
dere, quod in minima mole maximum  
est, solvere atque disgregare potis sit.  
Verum expulsionem materię morbosæ  
per glandulas salivales præsertim fa-  
veat; Medici tamen est, antequam  
hoc remedium adhibeatur, scrutari  
num æger febrili hætica laboret, nimia  
humorum solutione corripiatur, aut a  
morbo quovis organico labefactatus sit,  
& alia, quæ ejusdem prudentiæ relin-  
quenda sunt.

Ore assumptus, citra ullam decom-  
positionem, per alvum ejicitur, & so-  
lo pondere in intestina agit; etiam  
anthelminthica virtute polere practice  
espe-



90 CLASSIS V. DE METAL. ET SEMIM.

experimur; Lumbrici tamen in Mercurio immerſi alacriorem vitam gerunt.

Inter ejuſdem præparata Mercurius dulcis, & Panacea mercurialis primum locum obtinent; paratur ille repetita ſublimatione Mercurii ſublimate cum Mercurio vivo: quorum prior ſit in ratione ſequitertia ad poſteriorem;

Panacea Mercurialis, etiamſi longo opere perficiatur, a præcedenti parum differt, niſi quod addatur vitriolum in modica doſi.

Præter Medicos uſus ad aurum depurandum, folia ſpeculorum conſicienda, metalla inauranda Mercurius opportuniffimus eſt.



CLAS-



## C L A S S I S V.

D E

*Arsenico, & Sulphure.*

§. I.



**A**rsenica ex eo nobis interest perscrutari potius, ut ejusdem deleteria indolis Tyriones admoneremus, quam ut Medicas facultates, quæ nullæ sunt, animadvertamus. Circa hujusmodi enim originem plures dissentiunt: alii ex natis fodinis quasvis Arsenici species oriri suadent; alii ex Cobaltho sublimationis ope, & quidem verosimilius parari afferunt.

§. II.

**S**ed alterutram sententiam amplecti lubeat. Id apparet, quod hæc concreta nitorem, & metallicam formam perbelle ostendant, & ignis vi in flores sublimentur; tum Salinam indolem præferant, atque ab aqua facile solvi finant.

Specierum vero differentias ab admixto Sulphure plus, minusve arsenicales particulas implicante agnoscunt; & tunc Auripigmentum, Realgar, & Risagalum prodeunt. Præterquamquod caustica facultate intensissime pollent, ut cetera corrodentia in hoc superent; immo venena omnia ex hoc regno desumpta, quæ plerumque corrodendo necant, ab Arsenico naturam sumant.

§. III.



## §. III.

**Q**Uapropter facile patet has substantias non solum Medicinæ minime prodesse, verum etiam, quod Medici debeant pro interno usu eas prorsus contemnere; adeo ut neque vel minima dosi sine vitæ discrimine valeant exhiberi. Non defuere tamen olim Agyrtæ, qui morbis quibusdam, in febribus præsertim intermittentibus ad granum propinquant, at infelici plerumque eventu, & artis dedecore tentamen evasit.

## §. IV.

**D**E Sulphure modo. Constat porro ex acido universalis, & principio phlogistico superius allatis simul coalitis, cui nonnihil accedit substantiæ Salino-Metallicæ arsenico affinis, quæ ob copiosiores oleas particulas arsenicales irretientes nullum damnum inferre potest. Quare in viscerum ulceribus cicatrizandis, Asthma, Phthisi, Balsamum pulmonum merito audit. Verum in morbis omnibus cutaneis, tum extrinsecus admotum, cum ore sumptum maxime convenit, & infectis omnibus enecandis potissimum est.

## §. V.

**M**Æchanicis tandem usibus tum Arsenica, cum Sulphur ipsum magnopere favent: ea ad Smaltum, pseudogemmas, & alia hujusmodi vitra Metallica conficienda usurpantur. Illud œconomix non solum, & Pyrotechinæ; sed & ad pulveris pyrii compositionem summe necessarium evadit; in quo munere tamen ancipites fumus magis ne societati proffit, an ipsi officiat.

A R-



## ARSENICA.

74. **A**RSenicum. I. Nativum. (a) Album (b) Flavum (c) Rubrum.

2. Factitium ex Cobaltho, (a) crystallinum, (b) luteum, Rifagallum quorundam, (c) rubrum.

3. Cobalthum.

1. Arsenicum nativum, (a) crystallinum, farinaceum, & vaporosum, (b) Rifagallum flavum, (c) Rifagallum opacum, semipellucidum, aut pellucidum rubrum, *Val. gen. 41. (a) sp. 1. var. 1. 2. 3. (b) sp. 2. var. 1. (c) sp. 2. var. 2.*

2. Arsenicum Officinarum (a) crystallinum album, (b) flavum, (c) rubrum, seu Rubinus sulphuris. *Val. gen. 5. sp. 2. (a) var. 2. (b) (c) var. 3. supplement.*

3. Cobalthum arsenico mineralizatum, minera difformi, granulis colore plumbeo micantibus. *Val. gen. 42. sp. 1. & seqq. cum plurib. variet.*

LOC. I. 3. Misnia, Goslaria, Bohemia, Anglia, & alibi.

PHARM. Amuletum, ☉.

QUALIT. 3. Durum; ponderosum; medium intersalia, & semimetalla; plumbeo colore coruscans; Antimonio simile; ad ignem graveolens; 1. 2. Volatile; crystallinum; allium redolens; aqua solubile; metallis friabilitatem, & volatilitatem præstans; & albo colore eadem inficiens.

PRINCIP. 1. Sal acidum causticissimum sui generis; 2. Sulphur minerale; 3. Terra vitrescibilis metallica; 4. Cupri & non raro, auri, & argenti aliqua portio.

PRÆP. 3. Encaustum ceruleum, Zaffera. 2. Magnes Arfenicalis.

VIS.



VIS. Cautica, febrifuga!

USUS. Bubones pestilenciales, Strumæ, Febres intermittentes.

USUS PRÆCIP.

COMP. Emplastrum magneticum D. Sale.

DOSIS. Caveto, vel a minima.

JUDIC. Obsoletum, infensissimum, quam maxime venenatum, contemnendum, mechanicum &c.

Arsenica nativa superius enuntiata rarissime in fodinis reperitur; plerumque enim factitia sunt, ex Cobaltho sublimato. Nil mirum tamen, quod ignis subterraneus in terræ visceribus idem prestare possit.

Cobalthum itaque in vase ferreo in flores sublimatur, qui Arsenicum nostrum album crystallinum præbent; cui opere subdecuplo sulphuris addito Risalgillum prodit; Si vero præter sulphur non nihil etiam cupri adjiciatur, Arsenicum rubrum obtrinebitur. Materia ex hac sublimatione superflua denuo calcinata, & cum Silice fusa, Zafferam producit, qua Vittrarii & Figalini ad vasa carulco colore pingenda utuntur.

Smaltum simili modo perficitur;

etenim partem unam cinerum Clavellatorum cum quinque sicut Cobalthi calcinati, & arena conjungunt.

Audacter quidam arsenicum in febribus intermittibus ad granum propinarunt, ac infausto plerumque eventum infame remedium reddiderunt.

Extrinsicus etiam minus tutum est; quare fossiores idem frequenter contrectando vitæribus & phthisi sunt obnoxii.

Sumpto arsenico purgantibus primo medemur, qua sursum deorsumque venenum eliminant, verum oleosa pinguis, & lac assatum ingurgitare potissimum est, sed, nisi cito Medicinam accurramus, ægri celeriter & miserrime diem suum obeunt.

75. AURIPIGMENTUM. 1. seu arsenicum citrinum Veterum.

2. Auripigmentum fustum, rubrum, factitium, Realgar, seu Sandaracha Græcorum.

1. Arsenicum sulphure, & lapide Spathoso micaceo mineralizatum, minera flavescens, seu Auripigmentum citrinum. Valer. gen. 41. sp. 4. var. 1.

2. Auripigmentum rubro-flavum. Val. gen. ibidem var. 2.

LOC. 1. 2. Auri, argenti, & æris fodinæ 2. Sinæ.

PHARMAC. Amuletum, ♂

QUALIT. Glebosum, scissile, ponderosum, friabile, salis.



falis, sulphuris, & metalli particeps, viride, flavescens, acre, inflammabile, ad ignem liquefcens, in oleo folubile, volatile, sulphur, & allium redolens.

PRINCIP. 1. Sal acidum arsenicale, 2. multum sulphuris vulgaris, 3. terra metallica, 4. aliquid Mercurialis?

PRÆP. δ. Realgar præparatum D. Alliot.

VIS. Corrodens, excarotica, depilatoria, expectorans? antiseptica? vulneraria?

USUS. Pili eradicandi, Ulcera, Pectus, Asthma, Phthifis, δ. Carnes fungofæ.

USUS PRÆCIP. Barbitonforibus opportunum.

COMP. Pfilothra, suffumigia.

DOSIS. Caveto.

JUDIC. Obfoletum, noxium, venenatum, curiofum, mechanicum.

Afferunt quidam innocuum esse, tutiffimeque exhiberi; immo Medici olim præstantiffimi Auripigmentum pluribus in morbis commendabant, & apud Sineses adhuc ufurpari fatentur. Apud Nos tamen non folum exolevit, verum inter venena merito re- cenfetur, & ob arsenicales particulas, etiamfi sulphure implicatas; parum imminuta Arsenici phenomena produ- cit, quare ab omni ejus interno usu omnino cavendum.

Extrinfecus apud Barbitonfores vi- fiffimum habet ufum. Idem collo ap- penfum peffilentiales morbos avertere frustra credunt.

Realgar factitium ex coctione in vase fublimatorio ejufdem Auripig- menti conficitur.

Ex Auripigmenti lixivio, & calce liquor paratur, cujus folo vapore lit- teræ aceto Saturni exaratae conspicuæ fiunt; Picfores tandem ex eo aureum colorem elegantiffimum mutuancur.

76. SULPHUR. 1. Nativum (a) vivum purum diaphanum, citrinum, viride, rubescens, (b) im- purum, opacum, flavum, viridescens, purpura- fcens, & cinereum ex terris, pyritibus, & aliun- de extractum.

2. Sulphur vulgare, coctum.

1. Sulphur nativum, (a) vivum pellucidum, (b) im- pu-



purum, mineralizatum, coloratum. *Val. gen. 34.*  
 (a) sp. 1. (b) sp. 2. cum suis variet.

2. Sulphur factitium fufum; *Val. gen. 4. sp. 1. var. 2. supplem.*

LOC. I. 2. Peruvia, Helvetia, & Infula Milos. 2. Islandia, Goslaria, Puteolum, Montes ignivomi, & alia regiones.

PHARM. Idem lotum, Flores, rotula, ☉

QUALIT. Durum, sicum, salino-oleosum, flammam caruleam concipiens, liquefcens, magna ex parte volatile, graveolens, halitu pulmoni infensum, neque ab aqua, neque a spiritibus acidis, vix a spiritu vini solubile; solvitur tamen in illis, alkalinis permixtum; tum in oleis essentialibus; coloratum, flavum, plerumque saporis, & odoris expers. Electricum.

PRINCIP. I. Acidum vitriolicum; 2. Oleum minerale, universale, & homogenum; 3. Terra pauca, fixa, metallica; 4. Non raro aliquid principii arsenicalis.

PRÆPAR. δ. Balsamum sulphuris vulgare, anisatum, terebinthinatum, juniperizatum &c. & Hombergianum φ. tinctura sulphuris θ. Spiritus, Hepar, Lac μ. Butyrum, seu Magisterium sulphuris.

VIS. Incidens, purgans, psorica, diuretica, vulneraria, δ. expectorans, θ. refrigerans, antiseptica, adstringens. φ. μ. Diaphoretica, alexipharmaca.

USUS. Ulcera externa, & interna pulmonum, renum, & vesicæ; Asthma, Phthisis, Tuffis, Febres intermittentes, putridæ, & colliquativæ; Sitis, æstus febrilis, Aphthæ, Scabies, Herpes, Nephritis, Tumores omnes.

USUS PRÆCIP. Scabies, & Ulcus pulmonum cicatrizandum.

COMP. Pilula balsamica Mortoni, Emplastrum ad Gan-



Ganglia D. Charas, Diasulphuris Rulandi, Magnes arsenicalis, Æthiops mineralis.

DOSIS. Gr. vj. gr. x. gr. xvj. & ultra.  
JUDIC. Ufitatum, dubium, caute adhibendum, mechanicum.

Sulphuris usus non solum apud nos in pulmonum præsertim affectionibus frequens est, sed a Veteribus & ab Hypocrate ipso in hysteriorum maxime commendabatur. Recentiores tamen de ejusdem medica facultate inter se dissentiant; Ideo, cum insolubile sit, in acidis omnibus, & aqueis substantiis nonnulli magnopere dubitant; an in primis viis a succis gastricis plerumque aqueis, lenissimo calore adjuvante, decomponi possit, aut lactea vasa valeat subire, si paucissimas subtiliores ejus particulas excipias. Alii experti sunt sulphur intus sumptum per poros cutis transire, nam ægri quibus exhibetur sudorem emittunt sulphur redolentem, atque aurum, & argentum, quod ipsi gestant, fusco colore inficitur; quapropter his observationibus ducti statuerunt idem per vasa bibula ad sanguinem transferri; quod cum superiori sententiæ directe adversari videatur, reliquum est ut vel neutram opinionem amplectamur, vel inter medendum proprias observationes prosequamur.

In morbis cutaneis omnibus proferat, intertrigine, herpete &c. eximium est remedium, non semper tamen opportunum, nam materia morbosa sulphureis unctioibus a peripheria, ad centrum ducta ibi peiores morbos suscitatur; quare nisi in levioribus hujus sensus morbis, vel initio, aut sine curationis tute præscribi potest; vel saltem, si intemptive admoveatur, purgantibus jungi solet, ut per alvum repropulia materia facilius eliminetur.

Si cum sale alkalino copuletur hepatis sulphuris prodibit, quod in aqua solubile est; si huic solutioni affun-

datur spiritus vitrioli, liquor albescit, & tunc lac sulphuris audit; quiete & mora pulvis albicans fundum petit, quod Magisterium appellant.

Spiritus elicitur e simplici combustionione Sulphuris in olla figulina peracta; cui superimponitur excipulum vitreum non lutatum, tunc spiritus exhalans excipuli parietibus adherescit, & per canaliculum rostri vicegerens in altero vase colligitur; animadvertendum est debiliorem spiritum, eumque minori copia colligi calidiori tempestate, quam frigidiori. Hic naturam, & vires sequitur acidi vitriolici, sed mitior est, & illi anteponeendus.

Idem simplex, vel melle rosato confociatus si aphtis admoveatur, illico sanat.

Balsamum prodit, ex solutione ejusdem in quovis oleo anisorum, terebinthinae &c. & tunc Balsami anisati, terebinthinati &c. nomen sumit.

Sulphur artificiale etiam conficitur ex spiritu vitrioli, & materia quavis pinguedinosa.

Tandem intrat notissimum pulverem pyrium.

PYRITES vulgares sulphureæ hic locum habent, quæ substantiæ sunt metallicæ imperfectæ, ad unguem externum metallorum haurientem, & fulgorem præferentes, atque scintillas emittentes. Ab exuberanti sulphureo principio cum rudioribus imperfectis terris metallicis infirmissime coherentem originem agnoscunt; Ex his frequentissime sulphur elicitur, virtutes habent tonicas, & adstringentes.



## C L A S S I S VI.

D E

*Bituminibus.*

§. I.



Ntequam pauca de his inquiremus ab eorum sententia Bitumina vindicabimus; qui ea vegetabilibus attribuunt; asserunt enim olea esse plantarum, quæ in terræ latebris diu recondita, & cum acido minerali copulata, deinceps igne subteraneo condensata, quam præferunt, duritiem acquirant, & novam quasi Bituminis formam suscipiant; quod probare satagunt non solum analyseos similitudine cum substantiis resinosis, verum ex eo quod plura in fodinis ligno-fossili adhærentia reperiantur; & resinæ ipsæ in speciem quamdam bituminis haud infrequenter indurescant.

§. II.

**H**Uic tamen sententiæ adversatur primo, quod, succino, & lithanthrace exceptis, reliqua ex Saxorum rimis stillent, vel aquis superenitent, aut in propriis fodinis, citra vegetabilium consortium, effodiantur, ubi terra sabulosa, aut sterilis est, & nullas plerumque arbores alit; verum circa suaqueas fodinas, ex quibus uberrime scaturiunt, hujusmodi plantæ prorsus desunt. Sed si ad corpora antidiluviana referre vellent, id egre in animum inducere possumus, quod diuturnitate temporis nondum consumpta



pta sint; quinimmo purissima quædam, & fluidissima olei ætheri ad instar copiose undique difluent.

Quid enim mirum; quod oleum minerale homogenum (Clas. 4. §. 3.) in cryptis congestum, ab igne subterraneo sublimetur, vel acido minerali vitriolico consociatum, & violentiori igne vexatum, atque magis heterogeneis inquinatum in bitumen solidum concresecat.

## §. III.

**H**is igitur explicitis, Bitumina corpora sunt fossilia, pingua, inflammabilia, ad ignem liquefcentia, nunc olei, nunc picis instar consistentia; ab oleo solubilia; specificè grave-olentia, coloris diversi, sapore plerumque destituta; distinguuntur in fluida, mollia, & solida; hæc in nobiliora, pellucida, & ignobiliora, opaca, picea; omnia tamen ad petroleum plus, minusve condensatum referri possunt.

## §. IV.

**P**ropriæ itaque elementa communiter agnoscunt ab oleo minerali superenuntiato, acido vitriolico, & sale acido volatili sui generis, quibus pauca terra accedunt, & aqua. Differunt autem inter se, quod fluida bitumina puriora sint, & a natura quasi in Oleum æthereum sublimata; solida, & quidem ignobiliora, magis heterogeneis scateant, & ab igne subterraneo pene combusta nobis se ostendant. Succini denique, & ambarum; præter allata principia, sal quoddam continent, secundum recentiorum observationes ex basi alkalina nitrosa & acido marino constat.

## G 2 §. V.



## §. V.

**I**N Medicina arctissimum hæc concreta obtinent usum, si succinum excipias, quod ob salis volatilis copiam in cerebri, & uteri affectibus valde commendatur. Petroleum vero ob fœtorem interdum in hysteriis suffocationibus præscribi solet; reliqua extrinsecus in collisionibus, & tumoribus, vix usurpantur, & veterinariis potius quam Medicis faciunt.

## §. VI.

**C**itra Artem non solum mechanico, & oeconomico multiplici usui inserviunt, verum inter corpora origine electrica enumerantur; Succinum præfertim, quod etiam Electrum appellabatur, & phisicis investigationibus circa hanc corporum proprietatem, primum occasionem præbuit.





## BITUMINA

*Liquida.*

77. **PETROLEUM.** 1. Naphtha antiquorum.  
 2. Naphtha Recentiorum, (a) Oleum de fa-  
 xo, (b) Mumianai ex Persis, (c) Oleum terræ ex  
 India, (d) Naphtha aqua mixtum.  
 1. Bitumen levissimum, & fluidissimum Naphtha di-  
 ctum. *Val. gen. 36. sp. 1. var. plur.*  
 2. Bitumen crassius obscure luteum. *Valer. gen. 36.  
 sp. 2. (a). (b). (c). (d). var. plures.*  
**LOC.** 1. Olim fontes Babyloni propinqui, tum Gre-  
 ciæ quidam lacus 2. (a). (d). Agrum Mutinense,  
 & Bononiense, Arvernia, Aquitania (c). Taproba-  
 na Insula, (b) Crypta quædam ex regno Per-  
 farum.

**PHARM.**

**QUALIT.** 1. Omnium fluidorum levissimum; prope  
 ignem flammam concipiens; fragrans; modo can-  
 didum, modo nigrescens; 2. (a). (d). inflammabi-  
 le; fetidum; coloris diversi, succinei plerumque;  
 plusminus pellucidum pro puritatis gradu; (b) ru-  
 bro nigrescens, spissum; (c) rubrum pellucidum;  
 graveolens.

**PRINCIP.** 1. 2. 1. Oleum subtilissimum minerale;  
 cum oleo universali sulphuris genitore conveniens;  
 2. paucillum acidi vitriolici; 3. valde exigua ter-  
 ræ portio.

**PRÆP.**

**VIS.** Resolvens, attenuans, roborans, antiarthriti-  
 ca, antihysterica, anthelminthica, emenagoga, ano-  
 dyna!



USUS. I. Albugo, & Suffusio oculorum. I. 2. tumores Scirrhusi, Arthritis, Paralysis, mensium Suppressio, Hysterismus, Vermes, tendinum Dolores;

USUS PRÆCIP. Dolor Ischiaticus.

COMP. I. Collyria.

DOSES. (a) - - - gr. x. gr. xv.

JUDIC. Parum usitatum, pauci faciendum (I. (c). (b).) rarum, pretiosum, I. 2. Mechanicum.

Mumianai apud Peras plurimi estimatur, & solo principis jussu semel in anno coram Provinciae Praefecto caeremoniis quibusdam praemissis modica quantitate effoditur, & Princeps ipse suis apprime caris aliquando largitur.

Validissimum vulnerarium praedicatur ut, hoc admoto, paucas post horas quodvis vulnus conualecat; hujusmodi phiala in Museo Bononiensi adseruatur.

Ex spiritu vini, & oleo glaciali simul destillatis sic species quaedam Naphthæ Gas dicta.

Aliud petroleum artificiale apud Vindelicos conficitur, quod ex re naturatur; a Naphtha tamen distinguitur, ex eo quod a spiritu vini solvatur, Naphtha vero insolutum ei superenatat.

A veterinariis ad tumores, contractiones, & ulcera jumentorum sananda feliciter usurpatur.

### Mollia.

78. PISSASPHALTUM, seu pix mineralis.

BITUMEN. Segne, crassum, nigrum, Val. gen. 36, sp. 3. var. unica.

LOC. Olim Epidaurum, nunc Italia in agro Romano, & Mutinensi, Arvernia, & aliæ plagæ ad saxorum rimas.

PHARM.

QUALIT. Molle, tenax; pinguedinosum; pici vulgari simile; inflammabile; ad ignem liquefcens; frigore indurefcens, nigrum, bitumen suaviter redolens.

PRINCIP. I. Multum olei sulphurei subtilioris. 2. Nonnihil acidi vitriolici, 3. Aliquid pinguedinosi



noſi mineralis ; 4. Salis volatilis exigua portio .

PRÆPAR.

VIS. Incidens, reſolvens, tonica, anodyna, antifeptica?

USUS. Tumores, Antrax, dolor Iſchiaticus, Luxatio, & Collifio.

USUS PRÆCIP.

COMPOS. Emplaſtra, tonica, & reſolventia quorundam.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. Pene obſoletum, Mechanichum.

Videtur eſſe Petroleum a natura condenſatum, ut clarius in prolegomenis apparet; immo ex petroleo ipſo inſpiſſato confici poteſt.

Piſſaſphaltum etiam appellatur bitumen ex reſina quadam, & bitumine judaico confectum.

Tum ex hoc bitumine, cum ex Naphtha antiquorum limo permixtis,

malta conficiebatur ad muros conſtruendos, qua Babilonis Mœnia firmata fuiſſe Vitruvius teſtatur.

Nunc ex eo naves obliniuntur, & cadavera condiuntur.

Uſus picis vegetabilis habere poteſt ad aquam picis conficiendam, qua ſimili virtute polleat.

### Solida,

79. CARBO FOSSILIS, Lithantrax.

BITUMEN. Lapide fiſſili mineralizatum, Val. gen. 36. ſp. 6. var. plur.

LOCUS. Anglia, Batavia, Gallia, Agrum Bononiense, & alia loca ad Montium juga.

PHARM. ♂ ♀

QUALIT. Durum, ſciſſile, nigrum, ad ignem candens, fumans, flammam concipiens, liqueſcens, & graveolens.

PRINCIP. 1. Oleum minerale, ſpiſſum, 2. Acidum ſulphureum cum vitriolico conveniens, 3. Terra multa nigra. 4. Salis volatilis ulla portio?

G 4

PRÆP.



PRÆP.

VIS.

USUS.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. Profus exoletum œconomicum.

} cum gagate conveniunt.

Ratavi, & Angli ob combustibilium deficientiam lithantrace utuntur, cujus vapores pulmonum morbos producere plures autumarunt quibus illic sunt obnoxii. Nonnulli tamen de hoc dubitant, nam Suecos etiam, ad eisdem usus Carbonem fossilem adhibentes minime tamen hujusmodi morbis obnoxios esse compertum est; quare ab acris conditione, vitæ ge-

rendæ methodo, animi patemathibus, ac maris propinquitate apud illos probabilius forte eorum originem derivabimus.

TURBES, seu bitumen terra mineralizatum hic recensetur, quod ex cespitibus terra, & bitumine coalescit usibus omnibus lithantracis substituitur. Nullum vero in Medicina usum obtinet.

80. BITUMEM JUDAICUM. Asphaltum, Karabe Sodomæ (a) fossile (b) aquis enatans.

BITUMEN SOLIDUM. Coagulum. *Valer. gen. 36. sp. 4. (a) var. 1. (b) var. 2.*

LOC. (a) fodinæ ( Danemore ) (b). Lacus asphaltides, & plures alii Sinarum.

PHARMAC. ♂

QUALIT. Ponderosum, durum, fragile, splendens, suave-olens, modo atro-rubens, modo nigrum, liquefcens, inflammabile, Electricum.

PRINCIP. 1. Oleum minerale, 2. acidum vitriolicum, 3. pauca terra, 4. sal volatile succineo non absimile.

PRÆP.

VIS. Resolvens, emolliens, agglutinans, emenagoga, alexipharmaca?

USUS. Tumores, Ulcera, Collisio, mensium Suppressio.

USUS PRÆCIP.

COMP.



COMP. Theriaca Andromaci, ☉ ad implenda Cadavera.

DOSIS. ℥℥. ℥j. ℥℥. & ultra.

JUDIC. Exoletum, Mechanicum.

Bitumen Judaicum Dioscoridis ad purpureum colorem vergebat; quare vel a nostro distabat, vel ex eo hallucinatur quod etiam vulgare in Brazeolas divium trans lumen purpureum appareat.

Ex subaqueis Asphaltidis fodinis ad superficiem aquarum tanta copia evahitur, ut Incolæ, ne a noxiis effluviis aer inquinetur, conati sint ab enatante bitumine lacum continenter liberare. Narrant etiam quod aves inter volitandum ab ipso recedant. Valerius asserit olim ex eo, & pissasphaltum ignobiliorum Cadavera con-

diri, quæ sub Mumiz nomine ad nos exportantur.

Nobiliorum vero corpora ex Opobalsamo condiebantur, quæ hic rariora sunt &c. Ex his igitur patet quales sint mumiz virtutes.

Haud infrequenter pici navali, & minerali in cacabis æneis coctis adulteratur; distinguitur facile tamen, quia genuinum in spiritu vini solutum ei elegantem citrinum colorem conciliat, cui spurium impar est.

Habetur etiam resina-gummij asphaltum dicta a Val. enuntiata.

81. GAGATES, Karabe nigrum quorundam.

BITUMEN Durissimum lapideum purum, Valer. gen.

36. sp. 7. var. unica.

LOC. Gallia Narbonensis, Helvetia, Germania, Suecia, Irlandia, & alii loci.

PHARM. ☉. ☉

QUALIT. Durum, siccum, leve, nigrum, splendens, flammam concipiens, liquefcens, fumans, graveolens.

PRINCIP. 1. Oleum minerale segne; 2. Spiritus acidus Sulphureo-vitriolicus; 3. Sal succineo simile; 4. terra multa levis.

PRÆP.

VIS. Resolvens, emolliens, anthysterica.

USUS. Uteri suffocatio, Tumores frigidi.

USUS PRÆCIP.

COMP.

DOSIS. ℥℥. ℥℥. ℥j.

JUDIC. Obsoletum, mechanicum.

Gaga-



Gagatē nonnulli confundunt cum Achæ nigro, sed pondere, duritie, & inflammabilitate ab eo facile distinguitur.

Nunc ad fibulas, monilia, & alia hujusmodi ornamenta fabrefactenda amplissimum habet usum; Quamvis Gagas Karabe nigrum vulgo apudiat, a quibuidam tamen peculiaris lihanthracis species hoc nomine insignitur.

82. SUCCINUM. (a) Pellucidum; (b) opacum, utrumque album; flavum; fuscum.

SUCCINUM. *Valer. gen. 37. (a) sp. 1. (b) sp. 2. var. plur.*

LOC. Litora, Scopuli, & fodinæ subaqueæ Maris Baltici, tum fodinæ succiniferæ Mediterraneæ Borussiae.

PHARM. ☉.

QUALIT. Durum, siccum, fragile, leve, splendens, lenissime acre, & subadstringens, (specificè fragrans, electricum.

PRINCIP. 1. Oleum bituminosum crassum; 2. tenuius petrolei indole; 3. sal acidum semi-volatile ad acidum marinum accedens; 4. terra inutilis, & aqua non pauca.

PRÆP. Oleum tenuius, fetidum, Spiritus, Sal volatile, tinctura, Magisterium, liquor C.C. succinatus.

VIS. Incidens, incrassans, antiarthritica, aperiens, cephalica, anthysterica, diaphoretica?

USUS. Convulsio, Epilepsia, hysterismus, affectus soporosi, & capitis omnes, Paralytis, mensium suppressio, Gonorrhoea, Fluor albus, catharus, hæmorrhagia, Lypothimia, cordis Palpitatio, Arthritis; tendinum, & membranarum Ulcera, Dolores, Contractiones; tum columellæ, & tonsillarum Ulcera.

USUS PRÆCIP. Sopor, Hysterismus.

COMP. Trochisci de Karabe, Pillulæ de succino Cratonis, Balsamum Sulphuris succinatum, Emplastrum Magneticum Sale, stomachicum, diaphoreticum, Sty-



Stypticum Charas; item suffumigia, cucuphae, ca-  
taplasinata cephalica.

DOSIS. ℞. ℞j. ℞j. ℞j.

JUDIC. Praestans, usitatissimum, laudatissimum,  
mechanicum.

Dissentiunt Auctores qualis sit succini species eligenda. Futilis tamen est contentio, nam eadem omnes principia continent, & a diverso tantum gradu condensationis, quam ab igne subterraneo acquisiverunt, inter se differunt.

Charteuserus succinum inter debiliora nervina refert, neque illud a succis gastricis solvi, & ad sanguinem transferri credit, tincturae potius tartarizata aliquam efficaciam tribuit, in quo austerus Censor mihi videtur, & contra Magnum Boerhaviu[m] facere, qui salem, & liquorem C. C. succinatum, & rite preparatum magnopere commendat. Analysis ope ex eo primum prodit phlegma, inde Liquor spirituosus cum pauxillo olei tenuioris; Deinde sensum aucto igne sal volatile retortae parietibus adhaerescit, & oleum subrubrum sublevari incipit; tunc mutato excipulo exsurget oleum nigrum fetidum, terra inutili levi superstita, Spiritus ab oleo paulatim liberatur, olea vero simul commixta destillationi denuo subjiciunt, ut oleum Succini Officinarum tenuius a crassiori separetur.

Pharmacopolae, haud infrequenter

haec preparata adulterant, tum quia succinum magni venditur, cum ob exiguam salis Copiam, quae ab eo extrahitur; ideoque vel cornu cervi in retorta & parum succini destillant, & tunc sal volatile C. C. prodit alkalinum, succinum tantum redolens, vel quodvis aliud sal volatile oleo succini illiniunt ut odorem, & colorem acquirat; utrumque porro natura, & virtus a genuino distat; id tamen distinguitur a spurio aciditate, quam solum inter volatilia falsa praesert, verum cum alkalinis effervescent Syrupum violarum rubro colore tingit, deinde opacum est, & colorem fuscum rubescentem ostendit; Spuria vero minus opaca sunt, & alba.

Liquor C. C. succinatus oritur ex saturatione spiritus C. C. cum sale succineo vero, sed pro illo spiritum succini rectificatum usurpari solet, quae tamen substitutio non esset contemnenda, nisi suspicari liceret quod villiori acido interdum utantur.

Insecta, folia, & alia hujusmodi saepissime in succinis frustulis eleganter irretiuntur.

Mechanici monilia, ensium mucrones, fibulas conficiunt.

### 83. AMBRA GRISEA.

AMBRA Binis, vel trinis coloribus variegata, grisea;  
*Valer. gen. 38. sp. 1. var. 2. & seq.*

LOC. Litora Maris Indici, & Insularum Molucarum Bornei (Madagascar,) ac Japonia, tum circa Maritimas Maris Baltici.

PHARM.

QUALIT. Pinguis, bituminosa, levis, solida, fragilis, cerae ad instar mollescens, maculata, opaca, splen-



Splendore destituta, fragrantissima, liquefcens, inflammabilis, faporis expers.

PRINCIP. 1. Spiritus acidus; 2. parum falis acidī; 3. multum olei tenuioris fragrantis; 4. Oleum piccum; 5. pauciffima terra.

PRÆP. Tinctura simplex, composita, seu effentia, species Diambrae, coagulum Ambræ.

VIS. Cordialis, cephalica, aphrodisiaca?

USUS. Apoplexia, Epilepsia, memoriæ imbecillitas, cordis Palpitatio, Lypothimia, Ventriculi Attonia, Sterilitas?

USUS PRÆCIP.

COMP. Olim ad gratiam Confec. Alkerm., Hyacint., tum pulvis Cacheticus Quercetani, Aromaticus Gabrielis, Lætificans Nicolai Præpositi, Bezoarticus Renaudei, Electuarium diassatirium quorundam.

DOSIS. gr. j. gr. vj. gr. x. & ultra.

JUDIC. Exoleta, rara, pretiosa, succino præstantior? Mechanica.

De Ambari origine, & natura usque adhuc in obscuritate versabamur; quidam enim avium Stercorum esse tradiderunt, aut Balenæ recrementum, alii resinam, nonnulli Spumam Maris condensatam putarunt, nunc nullum superest dubium quin bitumen non sit, ex scopulis subaqueis a fluctibus avulsam, & ad litora maris evectam simili modo ac de succino dictum est. Ambari glebæ interdum centenas libras pondere superant, ejusdem species quæ flavis maculis refertur pretiosissima est.

A mercatoribus frequenter adulteratur stirace benzoino, & aloe, quorum tamen mendacium facile innotescit, quoniam genuinum manibus contrectando facile mollescit, in mortario

tritum pistillo adherescit, supra laminam candentem liquatum specificum odorem emittit, acus candens immissa, & iterum retracta portionem Ambari liquati secum gerit, flammæ admotum levi desagracione accenditur, & cito consumitur parum materię fixæ relinquendo; tandem in aqua fervida difficile liquefcit, quod a spurio facilius obtinetur.

Neque confundendum cum liquidambaro, quod est stiracis species. Ob odoris gravitatem pene exolevit, & ad gratiam tantum in quibusdam compositionibus usurpatur, Veteres tamen Medici illud commendabant. Nunc Aromataris potius quam Medicis inservit.

*Finis Regni Mineralis.*

CA-



## CATALOGUS.

CLASSIS I. CLASSIS II.

TERRÆ

LAPIDES

ORD. I.

ORD. I.

*Sigillatæ.**Calcarei.*

- 1 **L** Emnia pag. 6  
 2 Turcica rubra 7  
 3 alba ibid.  
 4 Melitenfis ibid.  
 5 Scrigonienfis 8  
 6 Lignificenfis ibid.  
 7 Silefiaca ibid.  
 8 Hetrusca rubra ibid.  
 9 alba ibid.  
 10 Noceriana 9

ORD. 2.

*Sigillandæ.*

- \* 11 Bolus armena rub. Or. 10  
 12 lutea ibid.  
 \* 13 rubra vulgaris ibid.  
 14 Agaricus mineralis 11  
 15 Magnes alba ibid.  
 16 Osteocolla (*lapis dicta*) ib.  
 17 Samia 12  
 18 Cimolia alba ibid.  
 19 Selinusia 13  
 \* 20 Creta alba ibid.  
 21 Bolus alba 14  
 22 Rubrica fabrilis ibid.  
 23 Ochra 15  
 24 Tripolitana ibid.

- \* 25 **C** Alcareus vulgaris 22  
 26 Alabastrum al-  
 bum 24  
 27 citrinum ibid.  
 28 Nephriticus vulgaris ib.  
 29 Indicus ibid.  
 30 Bononienfis 25  
 31 Specularis ibid.  
 32 Crystallus Islandica 26  
 33 Stalactites ibid.  
 34 Crystallus calcarias 27  
 35 Aetites ibid.  
 36 Bezoar minerale ibid.  
 37 Diaboli (*terra vulgo*) 28  
 38 Crucifer ibid.  
 39 Pumex ibid.  
 40 Spongiæ 29

ORD. 2.

*Vitrescentes.*

- 41 Silex 30  
 42 Chalcedonius ibid.  
 43 Onix ibid.  
 44 Achates ibid.  
 45 Carneolus ibid.  
 46 Jaspis vulgaris 31  
 47 viridis Heliotropius ib.  
 48 Pra-



- 48 Prasius 32
- 49 Variolatus ibid.
- 50 Galactites (*jaspis Val.*) ib.
- 51 Opalus ibid.
- 52 Lazulus ibid.
- 53 Armenus 33
- 54 Crystallus Montana ib.
- 55 Adamas 34
- 56 Rubinus ibid.
- 57 Saphirus 35
- 58 Topatius ibid.
- 59 Smaragdus 36
- 60 Chrysolithus ibid.
- 61 Amethystus 37
- 62 Granatus 38
- 63 Hyacinthus ibid.
- 64 Beryllus 39

ORD. 3.

*Pyri.*

- 65 Amiantus ibid.
- 66 Ophites, Serpentinus 40
- 67 Talcum verum 41
- 68 viride ibid.
- \* 69 Galactites ibid.

ORD. 4.

*Petrefacta.*

- 70 Unicornu fossile 42
- 71 Belemnites 43
- 72 Judaicus lapis ibid.
- 73 Entale 44
- 74 Glossopetra 45
- 75 Astroites Montana ibid.
- 76 Ostracites Montana 46
- 77 Turchesia ibid.

CLASSIS III.

SALIA.

- \* 78 SAl commune Fossile 55
- \* 79 Fontanum ibid.
- \* 80 Marinum ibid.
- \* 81 Catharticum, fontanum Epsonease 56
- \* 82 fossile ibid.
- 83 factitium ibid.
- 84 Seidlezense 57
- 85 Sadscuzense ibid.
- 86 Carolinarum ibid.
- 87 Mutjense ibid.
- 88 Natron Veterum 59
- \* 89 Nitram Recentiorum 58
- 90 Vitriolum Romanum 60
- 91 Germanicum ibid.
- 92 Cyprinum ibid.
- 93 Goslariease album ibid.
- 94 Chalcitis } vitrioli
- 95 Misy } matri-
- 96 Sory } ces 62
- 97 Melanteria }
- 98 Chrysololla Veterum ib.
- 99 Borax vulgaris ibid.
- 100 Alumen rupeum 63
- \* 101 plumotum ibid.
- 102 Ammoniacus Veterum 66
- \* 103 Recentiorum 65

CLASSIS IV.

METALLA

ORD. I.

*Perfecta.*

- 104 A Urum 72
- 105 A Argentum 73

ORD.



CATALOGUS.

111

ORD. 2.

*Imperfecta.*

106 Cuprum 75

*Affinia Nativa.* ♀

107 Chryfocolla Veterum 76

108 Malachites (*lapis*) ibid.

*Affin. preparata.* ♀

109 Viride æris ibid.

110 Squama æris 75

111 Dyphruges 76

\* 112 Ferrum 77

113 Chalybs ibid.

*Affin. Nativ.* ♂

114 Hamatites 79

115 Magnes ibid.

116 Smiris ibid.

117 Magagnefia ibid.

118 Petracorius lapis ibid.

119 Quadratus lapis ibid.

120 Rubrica Fabrilis ibid.

121 Ochra ibid.

122 Tripella ibid.

*Affin. prep.* ♂

123 Calx feu Crocus Martis 77

124 Stannum 79

*Affin. prep.* ♀

125 Calx stanni 80

126 Plumbum 81

*Affin. prep.* h

127 Calx plumbi 81. 82

\* 128 Minium ibid.

\* 129 Cerussa ibid.

130 Lytargyrium aurei ib.

131 argenti ib.

ORD. 3.

*Semimetalla.*

\* 132 Antimonium 82

133 Bismuthum 84

134 Zincum 85

*Affin. Nativ.* z

135 Lapis Calaminaris 86

*Affin. prep.* z

\* 136 Tutia Officinarum ib.

137 Pompholyx ibid.

138 Spodium Græcorum ib.

139 Cinabaris ibid.

\* 140 Mercurius 87

CLASSIS V.

ARSENICA

ORD. I.

*Arsenica proprie dicta.*

141 Arsenicum album  
crystal. 93

144 Lu-



CATALOGUS.

142	Luteum Risagallum ib.	152	Mumianai ex Persis ib.
143	Rubrum ibid.	153	Oleum terræ ex India ib.
144	Cobalthum ibid.		
145	Auripigmentum arsen. flav. Veter. 94		
146	rubr. Sandaracha ib.		

ORD. 2.

*Sulphura.*

147	Sulphur vivum 95
* 148	vulgare ibid.
149	Pyrites 97

CLASSIS VI.

BITUMINA

ORD. I.

*Liquida.*

150	Petreolum 101
151	Naphtha Vet. ib.

ORD. 2.

*Mollia.*

154	Pissasphaltum, Pix mi- neralis 102
-----	---------------------------------------

ORD. 3.

*Solida.*

155	Lithantrax, Carbo fo- flis 103
156	Turbes 104
157	Asphaltum Bitum. Ju- daic. ibid.
158	Gagates 105
* 159	Succinum album 106
160	flavum ibid.
161	fuscum ibid.
162	Ambra grisea 107

FINIS.

CA-



ib.  
ib.

ii.  
02

4  
03  
04  
1-  
d.  
05  
06  
d.  
d.  
07

CONSPECTUS

# CAROLI LINNÆI

*Archiat. Reg. & Med. ac Botan.  
Prof. Upsal.*

## REGNUM VEGETABILE

Juxta Editionem Holmiefem

Anni 1749.







## CONSPICUUS



PUSCULUM hoc de MATERIA MEDICA in gratiam Discipulorum ; Studiosorum Upsaliensium , conscripsi hoc tempore , quo Academiam nostram regit Cancellarius verè augustus, ipse Princeps Serenissimus ADOLPHUS FRIDERICUS, quando jam Docentes, mutua quasi emulatione inter se certabant de Scientiis in clariorem lucem exponendis . Curavi ut evaderet liber mole parvus, nec foret oneri discipulis, heic etiam sufficienti pauca , sed certa nosse , ut firmo dein fundamento vastissimam eruditionis molem superstruant tandem maturi Practici , institutis observationibus propriis selectissimis . Sciant autem eruditi Medici , me minime heic ipsis scripsisse ; tanta enim hodierna medicina superbit virium medicinalium copia , ut non arcto libello capiatur , sed potius proprio pondere ruat .

SIMPLICIA tantum heic promo , ex quibus composita dein conficienda & dijudicanda sunt . Quis enim de compositis iudicium ferret, qui ignarus esset Simplicium proprietatum ? Sunt Simplicia desumpta e triplici Naturæ Regno : e Lapideo , Vegetabili, & Animali ; heic VEGETABILIA tantum deprompsi , quæ maximam constituunt Materie Medicæ partem , alio tempore reservans cetera , cum debeant singula Naturæ Regna propria methodo proponi .

SVECICA OFFICINALIA tantum in hoc opus introduxi , cum instruerem Alumnos olim futuros per Sveciam Medicos , adeoque plantas vix alias , quamquas PHARMACOPOEA HOLMENSIS ( *Medicinal-Orduingar. Stockh. 1742. oct. pag. 90.* ) jubet ,

H 2

assum-



assumpsi, & eas quidem omnes nulla exclusa, quamvis multæ & excludi possent & deberent.

INUSITATAS tamen nonnullas, viribus eximias & quibus commode carere nequeunt ingeniosi Medici, non potui non addere, quarum tamen catalogum heic sistam, ne Pharmacopolas sollicitent juvenes Medici de plantis, quas colligere & asservare, ex Constitutionibus regis, nondum tenentur; sunt hæc:

## INDIGENÆ. HORTENSES. EXOTICÆ.

Rad. <i>Britannic.</i>	Rad. <i>Lapath. sangu.</i>	Rad. <i>Alcann. ver.</i>
<i>Aleæ.</i>	Herb. <i>Anni veter.</i>	<i>Ginseng.</i>
<i>Barb. Hirci.</i>	<i>Campboratæ.</i>	<i>Senegæ.</i>
<i>Bolet. Cervin.</i>	<i>Coridis.</i>	Lig. <i>Cassines.</i>
<i>Eupatorii.</i>	<i>Laurocerasi.</i>	<i>Ebeni.</i>
<i>Salep.</i>	<i>Melisse.</i>	<i>Pavane.</i>
<i>Telepbii.</i>	<i>Scroph. aquat.</i>	<i>Prosluv.</i>
Stip. <i>Dulcamar.</i>	Bacc. <i>Belladonnii.</i>	Cort. <i>Simarub.</i>
Herb. <i>Cotule.</i>		Herb. <i>Auricular.</i>
<i>Lamii.</i>		<i>Acmelle.</i>
<i>Lini cathar.</i>		<i>Fung. Melit.</i>
<i>Linnae.</i>		<i>Peraguæ.</i>
<i>Myrt. Braban.</i>		Fruct. <i>Fagavæ.</i>
<i>Musc. Cumaril.</i>		<i>Nucul. Sapon.</i>
<i>Canini.</i>		<i>Pimentæ.</i>
<i>Erethi.</i>		<i>Oryzæ.</i>
<i>Islandici.</i>		Succ. <i>Hypocissid.</i>
<i>Pyxidati.</i>		<i>Sojæ.</i>
<i>Pedicularis.</i>		<i>Sagu.</i>
<i>Vulvaria.</i>		<i>Vernicis.</i>
<i>Uvæ urst.</i>		
<i>Xanthii.</i>		
Bacc. <i>Norlandicæ.</i>		
<i>Vitis idææ.</i>		
Sem. <i>Datura.</i>		
<i>Fagopyri.</i>		



METHODO in singulis Plantis usus sum confor-  
mi, eaque compendiosissima, plantam unamquamque  
Octo lineis complectens, ordine eodem semper positus;  
scilicet

<i>Nomen.</i> 1.	<i>Qualitas.</i> 5.
<i>Synonymon.</i> 2.	<i>Vis.</i> 6.
<i>Locus.</i> 3.	<i>Usus.</i> 7.
<i>Pharmaceuticum.</i> 4.	<i>Compositum.</i> 8.

SPECIES reduxi ad recepta a me Genera & Clas-  
ses, ut certius innotescerent Botanicis Plantæ. DIF-  
FERENTIAM, qua Species a Congeneribus distingui-  
tur, sedulo adjeci, FLORAM SVEVICAM de plan-  
tis Indigenis semper allegavi, ut Lectori Nomina  
vernacula, simulque Loca indicaret, ne ab Exteris  
regionibus indigenas plantas arcessere cogantur Phar-  
macopei Nostrates. HORTUM UPSALIENSEM si-  
militer in subsidium vocare numquam intermisi de  
plantis in Hortis nostris nascentibus, ut ex eo inno-  
tesceret Pharmacopeis, quas plantas nostrum Solum  
facilius aut difficilius ferat, ne aut frustra repetant  
multoties a nobis instituta experimenta, aut ab ex-  
teris oris arcessant, quæ in nostris æque facile ac  
exterorum germinant Hortis.

DUBIAS, in Specierum determinatione occupatus,  
miratus sum dari adhuc plurimas, in Officinis phar-  
maceuticis tritissimas & quandoque a sæculo nati  
Salvatoris usitatissimas; hæ in tanta Botanicæ luce,  
quæ hodie est, destituuntur Descriptionibus & Figu-  
ris aptis, ut circa has ideo cæcuriamus sæpe sereno-  
die. Ne autem quis mihi objiciat, quod species du-  
bias festinanter nimis determinaverim, in Catalogum  
carum, quas hæsitans adposui, ut si cui Botanico in-  
posterum aliquas ex hisce inspicere contingat in lo-



eo, ubi colliguntur pro officinis, de iis follicite inquirat, qua fide nobis innotuerint.

Rad. <i>Beben. rub.</i>	Cort. <i>Canell. alb.</i>	Succ. <i>Ammoniacum.</i>
<i>Contrajerv.</i>	<i>Simarubæ.</i>	<i>Animi.</i>
<i>Costi.</i>	<i>Thymiamat.</i>	<i>Bdellium.</i>
<i>Galangæ.</i>	Herb. <i>Spicæ ind.</i>	<i>Benzoe.</i>
<i>Hermodact.</i>	Sem. <i>Anis. Stellat.</i>	<i>Bals. Copaiva.</i>
<i>Jalapæ.</i>	<i>Amomi.</i>	<i>Mecha.</i>
<i>Ipecacuanb.</i>	<i>Coculi.</i>	<i>Peruv.</i>
<i>Ninfi.</i>	<i>Cinæ.</i>	<i>Tolu.</i>
<i>Parejrebrav.</i>	<i>Cubebæ.</i>	<i>Cayanna.</i>
<i>Schænantbi.</i>	<i>Dauci cret.</i>	<i>Elemi.</i>
<i>Zedoariæ.</i>	<i>Myrob. indic.</i>	<i>Galbanum.</i>
Lign. <i>Aloes.</i>	<i>Bellir.</i>	<i>Myrrha.</i>
<i>Alpalath.</i>	<i>Cebul.</i>	<i>Olibanum.</i>
<i>Brasilienf.</i>	<i>Citrin.</i>	<i>Opopanax.</i>
<i>Campefcan.</i>	<i>Paradiſf.</i>	<i>Sagapenum.</i>
<i>Fernambuc.</i>		<i>Syrax liqu.</i>
<i>Ebenum.</i>		<i>Sang. Dracon.</i>
<i>Nephrit.</i>		<i>Tacamabaca.</i>
<i>Rhodium.</i>		<i>Thus.</i>

SYNONYMON unicum in singulis plantis mihi pro compendio satis erit, quod præcipue a C. Baubini pinace mutuatus sum, unde reliqua defumi & evolvi possunt in plantis Europæis; at in Exoticis, & Indicis selectissimum quoddam adduxi ab Horto Malabarico, aut *Plukenetio*, vel alio defumtum, ut eo certius innotesceret planta: ubi vero *Dubium* de planta fuit, plerumque signum (?) dubitationis adjeci.

NATALIA loca cujuscumque plantæ indicavi, ut constet unde singulæ arcessantur, quæ notitia maxime Pharmacopolis necessaria est. Cum autem Plantæ Svecicæ indigenæ etiam in adjacentibus regionibus proveniant, ut evitarem plura verba, *Europam nostram septentrionalem* adposui, quod plantam Svecicam



gam indicat, Ad finem Lineæ Tertiæ uno alterove vocabulo *Culturam* pharmacopœis monstravi.

*Vulgares* dixi, quæ sponte apud nos crescunt.

*Cicures* vero Exoticas, quæ semel in Hortos nostros introductæ, facile per se subsistunt ex Anno semine vel Perenni radice.

*Mansuetas* autem, quæ more Animalium mansuetorum apud nos pulchre degunt, modo per hyemem tecta subeant vel parum a gelu defendantur.

*Feras* nominavi eas, quæ Ferarum instar toto anno intra claustra Caldarii coercendæ & custodiendæ sint, ne aufugiant pereantve, quales vix Fructum nostro sub climate ferunt.

*Peregrinas* dixi plantas, quæ Europæis Hortis vix unquam innotuere, adeoque e Peregrinis terris arcessendæ.

*Durationem*, ut Cultura eo clarius innotesceret, unico verbo adjeci.

*Semesleis.*  
*Annua.*  
*Biennis.*  
*Perennis.*

*Fruticulus.*  
*Frutex.*  
*Arbuseula.*  
*Arbor.*

PHARMACOPŒORUM Nomina, sæpius licet absurda, sancte servavi, utpote complurium Seculorum auctoritate, ratione legibusque exempta.

*Simplicia*, quæ ex singulis plantis desumuntur, secundum modum nascendi indicavi.

*Radix.*  
*Lignum.*  
*Cortex.*  
*Folia.*

*Succus.*  
*Flos.*  
*Fructus.*  
*Semina.*

*Præparata* partibus immiscui, ea tamen lege, ut



præparatum semper sequatur partem ex qua præparatur, ut si ex. gr. oleum adfit, intelligatur istud præparari ex parte proxime antegressa; sunt præparata hæc

<i>Aqua distillata.</i>	<i>Conserva.</i>
<i>Oleum Stillaticum.</i>	<i>Syrupus.</i>
<i>Oleum Empyreumat.</i>	<i>Rob.</i>
<i>Oleum Coctum.</i>	<i>Conditum.</i>
<i>Oleum Expressum.</i>	<i>Confectio.</i>
<i>Spiritus.</i>	
<i>Essentia.</i>	
<i>Extractum.</i>	
<i>Sal.</i>	

**QUALITATES** sunt Sensibus externis evidentiâ attributa. *Odor* a Naribus determinatur & Volatilia indicat. *Sapor* a Lingua percipitur & aquæ Solubilia manifestat. *Superficies* Oculis plerumque dignoscitur, & Colores, Consistentiam, aliaque determinat.

<b>SAPORE:</b>	<i>Fatua,</i>	<i>Inspida,</i>	<i>Aquosa, Herbacea;</i>
	<i>Oleracea,</i>	<i>Mucilaginosâ,</i>	<i>Pinguia, Dulcia;</i>
	<i>Aromatica,</i>	<i>Acria,</i>	<i>Pungentia;</i>
	<i>Calida,</i>	<i>Fervida,</i>	<i>Ignea, Urentia;</i>
	<i>Salja,</i>	<i>Acida,</i>	<i>Austera, Stiptica,</i>
	<i>Amara,</i>	<i>Nauseosa.</i>	
<b>ODORE:</b>	<i>Inodora,</i>	<i>Fragrantia,</i>	<i>Suaveolentia.</i>
	<i>Ambrosina,</i>	<i>Hircina,</i>	<i>Graveolentia, &amp;</i>
	<i>Fœtida,</i>	<i>Tetra.</i>	<i>Suspecta.</i>
<b>SUPERF.</b>	<i>Colorata:</i>	<i>vario colore,</i>	<i>Tinctoria,</i>
	<i>Ossea,</i>	<i>Friabilia,</i>	<i>Porosa, Lactescentia.</i>
	<i>Tenacia,</i>	<i>Glutinosa,</i>	<i>Spumescencia,</i>
	<i>Gummosa,</i>	<i>Resinosa,</i>	<i>Gummoso-Resinosa.</i>

*Fidem*, quam singulis simplicibus adhibent Medici hodierni, interdum uno alterove vocabulo indicavi; sic



POTENTIAM agendi itidem in Quinta Linea adposui.

*Dubia,*            *Infida,*            *Præstantia,*  
*Eximia,*           *Heroica,*           *Cauta.*

MODUM præscribendi sæpius omisi, rarius addidi:

*Externa,*           *Pretiosa,*           *Culinaria.*

FREQUENTIAM præscribendi hodie præsertim apud nostrates:

*Rariora,*           *Frequentia,*           *Trita,*   *Usitata,*  
*Insueta,*           *Infrequentia,*       *Exoleta.*

VIREs in Sexta Linea habentur, quæ theoreticam actionem medicamentorum docent; Sunt hæc, si paucas excipias, sæpe mere speculativa; hinc parcus in his fui. Ne termini hi artis numero oneri essent tyronibus, in proximis paginis methodice eos disposui sub sequentibus classibus:

*Evacuantia,*                            *Alterantia,*  
*Muscularia,*                           *Nervina,*  
*Visceralia,*                             *Topica.*

Usus in septima Linea allegavi, sed parcus in his fui; potuissem facile hic corrasisse immanem copiam Medicamentorum, sed præstat hic paucosse quam multa; hujus enim oneri dudum succubuit Medicina, nec formulis restituenda; proinde in gratiam Tyronum non alios usus produxi, quam quos multis experimentis probarunt Auctores, vel quos ipse sufficienti experientia edoctus, fidos reperi; examinavi enim, præsertim olim Nofocomiis classis navalis præfectus Medicus, Simplicia, quotquot licuit, omnia, & infida atro carbone, tuta albo calculo notavi. Nihilominus interdum coactus & anceps signum *Dubitationis* (?) adposui,



fui; at ubi maxime de medicamento specifico con-  
victus, signum *Exclamationis* (!) addidi.

COMPOSITA pauca allegavi, cum mihi de  
compositis plerisque sit peculiaris sententia; qui ve-  
lit plura composita eaque receptissima singulis plan-  
tis inferere, poterit hoc facile supplere e Commeli-  
no vel alio. Collega meus, Clariss. D. D. N. RO-  
SEN, Archiater Regius, inceptit laborantibus Com-  
positis medicas manus addere, absolvere nondum  
ipfi licuit obruto majoris momenti negotiis; optave-  
ram Ejus selectas Formulas allegasse, si prius prodiis-  
sent, sed addant auditores posthac, dum prodeunt,  
ut conjungant conjungenda.

HÆC absolvi, Discipuli dilectissimi, unice ut vo-  
bis infervirem.

Dabam UPSALIÆ 1749.

d. 28. Januarii.





## AUCTORES

## PRIMARI ET USITATISSIMI.

1. **D**IOSCORIDES Pedacius, *Anazarbeo-Siculus*.  
Libri IV. de Materia Medica.  
*Scripta Neronis etate. Prodiit variis locis. Experta.*
2. PAULI SIMON. *Medicus Regis Daniae*.  
Quadripartitum Botanicum.  
*Argentorati 1667. quart. p. 660. Compilata.*
3. KOENIG Emmanuel. *Medicus Basiliensis*.  
Regnum Vegetabile.  
*Basileæ 1688. quart. pars 1. p. 166.*  
*Basilæ 1696. quart. pars 2. p. 271. Compilata.*
4. RAJUS Joannes. *Theologus Cantabrigiensis*.  
Historia Plantarum.  
*Londini 1686. fol. p. 1940. Conquisita.*
5. DALEUS Samuel. *Medicus Anglus*.  
Pharmacologia.  
*Lugd. Bat. 1739. quart. p. 459. Botanica.*
6. TOURNEFORT Joseph. *Pitt. Prof. Bot. Paris*.  
Histoires des Plantes des environs de Paris.  
*Paris. 1698. oct. p. 545. Chemica.*
7. HERMANNUS Paulus. *Prof. Bot. Leydens*.  
Cynosura Materiæ Medicæ.  
*Argentor. 1726. quart. p. 728, per J. BOECLER.*  
*Limata.*
8. CHOMEL Jo: Baptist. *Medic. Parisin. S. R. P.*  
Abrege des Plantes usuelles.  
*Paris. 1715. duod. Vol. 2.*  
Supplement.  
*Paris. 1730. duod.*



9. ZORN Barthol. *Med. Doct.*  
 Botanologia Medica.  
*Berolini 1714. quart. p. 470. Germanice.*  
 Compilatissima.
10. BUCHWALD Joannes, *Prof. Med. Hassn.*  
 Specimen Medico-Practico-Botanicum.  
*Hassniae 1721. octav.*
11. BOECLERUS Joannes, *Prof. Bot. & Chem. Argent.*  
 Cynosuræ Materiæ Medicæ (7) Continuatio.  
*Argent. 1731. quart. p. 506. Limata.*
12. BOERHAAVIUS Herm. *Prof. Bot. Leydenfis.*  
 Historia Plantarum.  
*Londini 1730. oct. p. 698. Conquista.*
13. ANONYMI ( Jo: Alb. GESNERUS ).  
 Pharmacopœa Wirtenbergica.  
*Stutgarâ. 1741. fol. p. 350. Nitida.*
14. GEOFFROY ( Godofredus ) Steph. *Franc. Prof.*  
*Mat. Med. Paris.*  
 Tractatus de Materia Medica . Vol. 2. 3.  
*Paris. 1741. oct. p. 794. & 836. Elaborata.*
15. HALLERUS Albert. *Archiat. & Prof. Bot. Goetting.*  
 Enumeratio Stirpium Helvetiæ.  
*Goetting. 1742. fol. p. 783. Selecta.*





## C A N O N E S.

1. **N**on post Rationem **MEDICINA** inventa fuit, sed post inventam Medicinam **RATIO** quaesita est. *Cels.*
2. Duo in **MEDICINA FULCHRA** sunt: **RATIO** & **EXPERIENTIA**; *Experientia* praecedit, *Ratio* sequitur; hinc **Rationes** in rebus medicis **Experientia** non condita, nihil valent. *Hoffm.*
3. Mallem famoso **EMPIRICO**, quam subtili **Mechanico**, salutem meam committere. *Goelik.*
4. **BARBARI** plus ad augmentum Medicaminum contulerunt, quam omnium aetatum scholae. *Brunn.*
5. Serio suadeo **Medicinae Candidatis EUPORISTA** magnopere sibi commendata habeant. *S. Paull.*
6. Qui & multa & **UTILIA** scit, ille sapit. *Contra Aescul.*
7. **PAUCIS** utatur **Medicus Remediis**, iisque **Selectis**. *Trit.*
8. **SELECTA** sunt, quae **Medicum** nobilitant.
9. Qui potest mederi **SIMPLICIBUS**, dolose & frustra quaerit **composita**. *Villanov.*
10. Qui longas **remediorum FORMULAS** praescribit, aut dolo peccat, aut ignorantia. *Trit.*
11. Qui miscet **CONTRARIA**, aegrum, **pharmacopoeum**, & se ipsum pessundat.
12. **Plurima** **medicamenta** elaboravit **CHEMIA**, sed nulla detexit.
13. **Medicus NOTITIA PLANTAE** destitutus, de viribus ejusdem numquam iuste judicavit.
14. **Systemate**, **Qualitate**, & **Experientia** eruitur **omnis USUS plantarum**.
15. **Regnum VEGETABILE** praestantissima, **LAPIDEUM** durissima, **ANIMALE** paucissima producit **Medicamina**.

16. ESCU-



16. ESCULENTA conservant, VENENA restituunt fanitatem.
17. Alimenta a Toxicis, uti Medicamenta a Venenis, non Natura sed DOSIS distinguit.
18. Omne NIMIUM, quamvis optimum, Naturæ inimicum est.
19. ADSUETA conservant, MUTATA frangunt Naturam.
20. CONTRARIA contrariis, & MORBI MORBIS curantur.
21. Tituli REMEDIA, Pyxides Venena habent. *Agripp.*
22. Medicamentis uti, nisi in vehementibus malis, SUPERVACANEUM est. *Cels.*
23. Medicamenta HEROICA, in manu imperiti, sunt uti gladius in dextra furiosi. *Trit.*
24. Ubi UNICA VIÂ salutis, ea licet cum periculo est tentanda.
25. Satius est ANCEPS experiri remedium, quam nullum.
26. Quos Ratio non curavit, sæpe curavit TEMERITAS. *Cels.*
27. Jus vitæ sui ipsius MEDICO sapienti tradat ager.
28. Natura arte adjuta, interdum facit MIRACULA.
29. Felix est iste pulvis, qui venit TEMPORE Criseos.
30. NATURA repugnante, Medicina nihil proficit. *Cels.*
31. PRUDENTIS est MEDICI primum, eum, qui servari nequit, non attingere, ne videatur occidisse, quem ipsius fors interemit. *Cels.*

TER-



## T E R M I N I .

## PONDERA.

Gr. GRANUM I.	GUTTA fape
	aqualis grano.
℞. SCRUPULUS 20.	Grana 20.
℞. DRACHMA 60.	Scrupuli 3.
℞. UNCIA 480.	Drachme 8.
℞. LIBRA 5760.	Uncia 12.
Gr. ℞. 3.	
℞. PUGILLUS quod 3 digitis capitur.	Drachma 1.
℞. MANIPULUS quod manu comprehend.	Pugilli 4. f. 36.
℞. FASCICULUS	Manipuli 12.
℞. COCHLEARE	Uncia 1.
℞. MENSURA Quadrans	Libra 1.

## SIGNATURÆ a nobis usitatæ.

▽ AQUA destillata.

☿ SPIRITUS.

⊙ OLEUM expressum.

⊙ OLEUM coctum.

⊙ OLEUM stillaticium.

⊙ OLEUM empyreumaticum.

⋈ TINCTURA.

⚊ PULVIS.

Radi-



Radices V. APERIENTES majores.

*Apii, Petroselini, Fœniculi, Rusci, Asparagi.*

Radices V. APERIENTES minores.

*Rubiæ, Graminis, Ononidis, Eryngii, Capparidis.*

Herbæ V. EMOLLIENTES.

*Althææ, Mercurialis, Parietariæ, Brancæ urfi,  
Beta.*

Herbæ V. CAPILLARES.

*Capill. vener, Scolopendræ, Ceterach, Trichomanis,  
Ruta murar.*

Flores IV. CORDIALES.

*Borraginis, Buglossæ, Rosæ, Viola.*

Semina IV. CALIDA majora.

*Carvi, Cymini, Anisi, Fœniculi.*

Semina IV. CALIDA minora.

*Ammi ver., Amomi ver., Apii, Dauci sylv.*

Semina IV. FRIGIDA majora.

*Cueurbitæ, Citrulli, Melonis, Cucumeris.*

Semina IV. FRIGIDA minora.

*Lactucæ, Cichorei, Endiviæ, Portulacæ.*





## D O S E S .

Agarici - - -	ʒj.	Jalapæ Radix. -	ʒß.
Decoct. - - -	ʒjv.	infus. ∇. ʒij.	ʒj.
Extract. - - -	ʒij.	Essentia - - -	ʒv.
Aloes Substantia	ʒj.	Resina - - -	ʒß.
Extractum	ʒß.	Extract. - - -	ʒj.
Afari $\text{\textcircled{O}}$ gross. ʒij. tenuiss. ʒß.		Ipecacuanh. Pulv.	ʒij.
Extractum - - -	ʒß.	Decoctum	ʒjv.
Fol. subst. NVj. inf. NViiij.		Ireos Rad. Succ.	ʒj.
Bryonia Rad. ʒij. Decoct. ʒj.		Jugulandis ament.	Gr. jv.
Carthami Semina - - -	ʒj.	Mannæ - - -	ʒß.
Cassia Pulpa - - -	ʒj.	Mechoacan. Rad.	ʒß.
Colocynthis Extract. Gr. jv.		Myrobalan. subst.	ʒj.
Croci Substant. - - -	ʒj.	Decoct. - - -	ʒij.
Tinctur. - - -	ʒß.	Opopanax.	ʒß.
Extract. - - -	ʒß.	Opium crudum	Gr. j.
Cucum. asinin. Rad.	ʒj.	Extract. - - -	Gr. v.
Elaterii Extract.	ʒj.	Tinctura - - -	ʒß.
Resina	Gr. ij.	Laud. liqu. - - -	ʒß.
Ebuli Cortex - - -	ʒj.	Papaver. Diacodium.	ʒj.
Semina - - -	ʒj.	Rhæadis Tinct.	ʒij.
Efulæ Cortex - - -	Gr. jv.	Polypodium	ʒjß.
Euphorbium	Gr. jv.	Rhabarb. Radix	ʒj.
Fumarie Succus - - -	ʒj.	Essentia - - -	ʒj.
Gnidii Grana - - -	Gr. jv.	Extract. - - -	ʒj.
Gratiolæ Pulvis	ʒij.	Ricini Semina	Gr. jv.
Succ. insp. ʒß.		Rosarum solut. syrup.	ʒjß.
Guttæ Gum. - - -	Gr. xvj.	Sagapenum - - -	ʒß.
Sulphurat. Gr. vj.		Scammon. crud.	Gr. viij.
Hellebor. nigr. Rad.	ʒj.	Diacrid.	ʒß.
Decoct. ʒiiij.		Resina.	ʒß.
Extract. ʒß.		Senna Substant.	ʒj.
Hermodactylus	ʒij.	Decoct. - - -	ʒß.
Mät. Med. Contracta.		I	Ex-



<i>Extract.</i>	℥j.	Confect. Hamech.	℥jv.
Soldanella <i>subst.</i>	℥j.	<i>Elect.</i> Lenitiv.	℥j.
Spinæ cervin. <i>Bacc.</i>	℥ij.	Diaphcen.	℥jv.
<i>Syrup.</i>	℥j.	<i>Extr.</i> Panchym.	℥℥.
Tabaci <i>Extract.</i>	Gr. ij.	<i>Pil.</i> Cochiaz	℥℥.
Tamarind. <i>pulp.</i>	℥jv.	<i>Pulv.</i> Cornach.	℥j.
<i>Decoct.</i>	℥iij.	<i>Syr.</i> Cichor. c. rheo.	℥j.
Turbit	℥j.	<i>Troch.</i> Alhand.	Gr. jv.





# SIMPLICIA.

131

**RADICES** primo vere eradicandæ, antequam folia germinant, conscindendæ in taleos, siccandæ in umbra

**LIGNA** colligenda tempore hysiali, findenda mox.

**STIPITES** dicuntur rami arborum, qui colligendi tempore vernali, dum folia incipiunt erumpere.

**TURIONES** sunt novelli caules, vel rami, qui nondum folia protulere, colligendi antequam indurescant.

**CORTICES** tempore vernali desumendi, dum facillime a ligno secedunt aut hyeme.

**HERBÆ** colligendæ quando incipiunt florere, mox exsiccandæ in umbra suspensæ.

**FOLIA** legenda postquam diffloruit, sed antequam semina maturavit planta.

**FLORES** colligendi quamprimum dehiscere incipiunt, ante casum pollinis antherarum.

*Depurgati* flores desumuntur absque calyce & pistillo, sola Corolla servata.

**ANTHERÆ** colligendæ antequam pollinem dimittant.

**FRUCTUS** legendi dum pericarpia sponte sese aperire incipiunt.

**SEMINA** colligenda dum sponte a planta secedant.

Semina valent quamdiu aquæ immissa fundum petunt; natantia vero rejicienda, paucissimis exceptis.

**SUCCI** sua sponte vel arte adjuti exstillant.

**GUMMI** solvitur  $\nabla$ , non  $\odot$ ;

igne & liquefcit aut flagrat.

**RESINA** solvitur  $\odot$ , non  $\nabla$ ;

igne & liquefcit & flagrat.

**GUMMI-RESINA** solvitur  $\ddagger$ , partim  $\nabla$ , partim  $\odot$ .

**EXPRESSI-SUCCI**, lento igne inspissentur, antequam asservantur.

I 2 PRÆ-



## P R Æ P A R A T A .

- AQUA.** Plantę (absque prævia fermentatione) cum Aqua fontana destillantur e vesica euprea per alembicum stanno obductum.
- SPIRITUS,** plantę uti Aqua destillantur.
- FERMENTATUS.** Plantis contusis affundatur parum aque calentis, addito fermento; stent in vase patulo loco calido, ad justam fermentationem, destillantur.
- VINOSI.** Destillantur ut prius, vino loco aquę, absque fermentatione.
- SPIRITU VINI** forti fiat destillatio, uti vinosi, qui ex plantis aromaticis fiunt.
- OLEUM** in Officinis quadruplex asservatur.
- STILLATITIUM.** Plantę subsicę macerantur in aqua per triduum, addito parum salis, destillantur more aque e vesica ad  $\frac{2}{3}$  repleta, oleum dein supernatans separetur, Vele x spiritu fermentato, aqua deb. <sup>ill</sup> <sup>o,</sup> <sup>su</sup> <sup>ma</sup> <sup>tur</sup> <sup>illan</sup> <sup>tur</sup>
- EMPYREMATIUM.** Plantę resinosa destillantur per Retortam sive per descensum.
- COCTUM.** Herbę macerantur in oleo expresso (olivarum), dein coquantur lente ad humidi consumptionem, exprimatur, coletur.
- EXPRESSUM.** Semina contusa, calefacta in sartagine, agitata ne ustulentur, excepta sacculo lineo, submissa prælo calido exprimantur.
- SAL. CINERES,** Plantę recentes in Sartagine, lamina ferrea tecta, lente comburantur ad perfectos cineres.
- FIXUM.** Cineres extrahantur aqua fontana, aqua decantetur, filtretur, evaporetur ad siccitatem, parü calcinetur, solvatur aqua. coquantur ad pelliculã, crySTALLIFETUR.
- ESSENTIALE.** Succus herbę recentis filtretur, in vitro lente evaporetur ad  $\frac{1}{2}$  residuum, reponatur in olla. tectum oleo expresso, stet per octo menses. sal crySTALLIFATUM separetur, cito aqua frigida abluatur & leniter exsicetur.

TIN-



**TINCTURA AQUOSA.** Speciebus ficcis cum sale affundatur aqua tepida, digerantur in loco tepido, extrahetur aqua colorem, saporem; decantetur.

**SPIRITUOSA.** Speciebus ficcis effundatur Spiritus vini, stent in loco tepido, vase clauso, extrahetur colorem, saporem, odorem; decantetur, filtretur.

**ESSENTIA** est Tinctura spiritiuosa magis saturata & minus pellucida.

**ELIXIRIUM.** Essentia maxime saturata ex variis diversis mixtis; hinc maxime opaca.

**EXTRACTUM AQUOSUM.** Tinctura aquosa plantæ evaporetur ad consistentiam.

**SPIRITUOSUM.** Tinctura spiritiuosa evaporetur ad consistentiam.

**AQUOSO-SPIRITUOSUM.** Plantæ sicca digerantur in Spiritu vini, exprimatur, filtretur, servetur *Tinctura Spiritiuosa*. Residuum aqua fontana digeratur, coquatur, filtretur, expressum aquosum albumine clarificetur, servetur *Tinctura Aquosa*. Mixta Tinctura aquosa & spiritiuosa, lento igne evaporetur ad consistentiam.

**SYRUPUS.** Plantarum succo aut infuso ℞. adde Sacchari albi ℞j. f. unica ebullitione Syrupus.

**ROB.** Baccharum succi depurati ℞iv. Sacchari ℞j. coque in vase figulino ad mellis consistentiam.

**CONSERVA.** Plantis recentibus incisis, adde Sacchari albi duplum, contuso probe in mortario marmoreo, servetur in vitro.

**CONDITUM.** Radix s. Fructus carnosus, maceratur tribus diebus, aqua quotidie renovata, coque in aqua, cocta, aqua frigida abluatur, affunde Saccharum ad consistentiam Syrupi coctum.

**CONFECTIO.** Semina integra immittantur aheni confectorio, super ignem collocato, affunde Sacchari clarificati cochlearia, moveatur supra ignem continuo. Preparatio hæc committitur plerumque Sacchari confectoribus.



## COMPOSITA.

**PULVIS.** Herbae siccae comminutae in farinam cribratam.

**ALCOHOL** est Pulvis subtilissimus,

**SIEF.** Pulvis pro oculis.

**DENTIFRICIUM.** Pulvis pro dentibus.

**SUFFITUS.** Pulvis grossus spargendus supra prunas pro fumo.

**SPECIES.** Plantae siccae minutim confissae.

**SACculus.** Species & Pulveres fragrantēs, siccae, mixtae, in Sacculo applicatae.

*Cucupha.* Sacculus pro capite.

**EMPLASTRUM.** Massa in Magdaleones cylindricos formata, consistentia in frigido solida, in calido liquefcente, linteo inducenda, cuti tenaciter adherens, composita ex Cera, Sebo, Resinis, Oleis, Pulveribus.

**UNGUENTUM.** Emplastrum mellis consistentia, pingue, calore liquefcent, non tenaciter adherens.

**LINIMENTUM.** Unguentum olei consistentia.

*Collyrium* Linimentum pro oculis.

**CATAPLASMA.** Puls cocta ex speciebus & pulveribus in liquore, externe adplicanda.

**BOLUS.** Massa consistentia pultis densioris ex Pulveribus, Syrupo aut Rob.

**ELECTUARIUM.** Massa consistentia conservae, ex speciebus, s. Pulveribus, Syrupis.

**PILULA.** Massa emplastri consistentia, redacta in globulos, ut integri deglutiantur.

**SUPPOSITORIUM.** Massa pilularis digiti figura, Recto introducenda.

**PESSUS.** Suppositorium pro vagina uteri.

**TROCHISCUS.** Pasta orbicularis signata ex pulvere & mucilagine, in umbra siccata.

MOR-



**MORSULUS.** Placenta rigida ex pulveribus. & saccharo ad consistentiam tabulati cocto, effusa supra laminam.

**ROTULA.** Morfula subrotunda, (Succo sæpe imprægnata), effusa supra laminam in orbiculos.

**EXPRESSIO.** Succus expressus ex Plantis tenellis succosis vernalibus, frigide propinandus.

**EMULSIO.** Lac paratum per contusionem ex Cotyledonibus cum aqua, modica expressione.

**GUTTULA.** Liquores spirituosus, guttatim propinandi.

**HAUSTUS.** Potus ex variis aquis mixtis.

**JULEPUS.** Haustus ex aquis, Syrupis & acido.

**MIXTURA.** Haustus ex aquis, Pulveribus & Saccharato.

**INFUSUM.** Species aquæ fervidæ inditæ, ut calida aqua absque ebullitione proprietatem extrahat.

**DECOCTUM.** Species aqua aut vino coctæ, ut liquor ebulliens extrahat proprietates.

**GARGARISMA.** Decoctum aut haustus pro collutione faucium.

**ENEMA.** Decoctum tepide injiciendum cavitati mediante Syringa.

*Clyfma* est enema per anum injiciendum.

**EPITEMA.** Decoctum corpore bibulo applicandum calide.

**BALNEUM.** Decoctum calidum cum Herbis, pro corporis humectatione externa.

**SEMICUPIUM.** Balneum pro partibus pectore inferioribus.

**PEDILUVIUM.** Semicupium pro pedibus.

**VAPOR.** Halitus balnei ex olla per fellam perforatam.



## V I R E S.

Qualitates f. Principia Vegetabilium vim & actionem suam exerunt in corporis humani vel *Liquida*, vel *Solida*, vel ex Solidis Liquidisque composita *Viscera*.

LIQUIDA vel evacuando vel alterando.

SOLIDA vel in fibras Nerveas vel Musculares agendo.

SOLIDO LIQUIDA vel Internis vel Externis medendo.

		<i>Classes.</i>	<i>Ordines.</i>
MEDICA- MENTA agunt vel in	Liquida	EVACUATORIA. e corpore exterminantia.	Purgantia.
			Borborygmica.
			Pellentia.
			Pituitosa.
		ALTERANTIA. massam sanguineam emendantia.	Discrasiva.
			Diathetica.
	Solida	NERVINA. in nervos agentia.	Orgastica.
			Convulsiva.
			Excitantia.
			Stupefacientia.
			Phantastica.
	Solido- Liquida	MUSCULARIA. in musculosas fibras agentia.	Relaxantia.
			Corroborantia.
			Corrodentia.
		VISCERALIA. viscera petentia.	Spirituosa.
			Biliofa.
			Mucaginosa.
			Venerica.
		TOPICA. externe applicabilia.	Consolidantia.
			Discussientia.
			Arcentia.

*Clas-*



## EVACUANTIA.

## I. PURGANTIA.

- evacuans liquidam intra tubum intestinale contentam.
1. EMETICA *Vomitoria* 97.  
evacuans ventriculum per Oesophagum.
  2. DRASTICA 31.  
evacuans intestina & ventriculum per anum violentissime.
  3. CATHARTICA *Purgantia* 71.  
evacuans intestina per anum moderate.
  4. ECCOPROTICA 32. *Laxativa, Laxantia.*  
evacuans intestina per anum debilissime.

## II. BORBORYGMICA.

- evacuans flatum intra tubum intestinale contentos.
5. FLATULENTIA 46.  
Flatibus abdomen distendunt.
  6. RUCTATORIA 77.  
Flatus per Oesophagum expellunt.
  7. CARMINATIVA 18.  
Flatus per anum expellunt.

## III. PELLENTIA. 68.

- evacuans in Vasis contenta per truncum.
8. DIAPHORETICA 28. *Perspirantia.*  
expellunt per Transpirationem.
  9. SUDORIFERA 89.  
expellunt per Sudorem.
  10. DIURETICA 30.  
expellunt Urinam.
  11. EMMENAGOGA 35.  
expellunt Menstrum.
  12. ABORTIVA I.  
expellunt Fœtum.

## IV. PITUITOSA.

- evacuans secreta per caput.
13. ERRHINA 37. *Ptarmica* 70.  
Mucum e naribus eliciunt.
  14. SIALAGOGA 39. *Apoplegmatisantia; Masticatoria.*  
Salivam ex Faucibus & ore eliciunt.
  15. EXPECTORANTIA 41.  
Screatum e Bronchiis eliciunt.

Clas-



## ALTERANTIA.

## I. DISCRASIACA.

- alterantia humorum qualitatem acidam aut alcalinam.
16. ANTIPHLOGISTICA.  
Putrescentiam aquoso diluunt.
17. REFRIGERANTIA 72.  
Putredinem acido emendant.
18. BALSAMICA 14. *Abstergentia.*  
Putredini amaro resistunt.
19. ANTACIDA 8.  
Acido amaritie resistunt.
20. ABSORBENTIA 2.  
Acidum absorbendo infringunt.

## II. DIATHETICA.

- alterantia humorum Consistentiam & Miscelam.
21. RESOLVENTIA 75.  
Densa attenuant.
22. INCIDENTIA *Attenuantia.*  
Viscida attenuant.
23. MUNDIFICANTIA 62 *Diluentia* 29 *Aperientia* 3.  
Impura lavant.
24. EDULCORANTIA 75.  
Acria edulcorant.
25. DEMULCENTIA 27. *Temperantia.*  
Acria frangunt.
26. OBTUNDENTIA 66.  
Acria involvunt.
27. LUBRICANTIA 59. *Mucilaginoso.*  
Acria inviscant.
28. INSPISSANTIA 55.  
Tenuia combinant.



## Classis III.

## NERVINA.

## 1. ORGASTICA.

augentia Functiones vitales.

29. ALEXITERIA 4.  
Halitum fragrantem reddunt.
30. STIMULANTIA 85.  
Secretiones incitant.
31. CALEFACIENTIA 16.  
Calorem adaugent.
32. NUTRIENTIA 65. *Alimentosa.*  
Corpus restaurant.
33. ANALEPTICA 6.  
Vires infiant.

## 2. CONVULSIVA.

caussantia nervorum convulsiones.

34. TUSSICULOSA 100.  
Pulmones convellant.
35. SINGULTUOSA 100.  
cardiam convellant.
36. STERNUTATORIA 84.  
Diaphragma convellant.

## 3. EXCITANTIA.

mutantia Mentem.

37. EXHILARANTIA 40.  
Animum addunt.
38. INEBRIANTIA 53. *Fatuantia, Temulentia, Phantastica.*  
Judicium confundunt.

## 4. STUPEFACIENTIA.

Suffocantia olellationem.

39. PAREGORICA 67.  
Orgasmm sedant.
40. ANODYNA 7. *Antispasmodica.*  
Dolorem mitigant.
41. NARCOTICA 63.  
Mentem stupefaciunt.
42. HYPNOTICA 51. *Soporifera.*  
Soporem inducunt.

Glas-



## Classis IV.

## MUSCULARIA.

## I. RELAXANTIA.

Laxantia tonum Fibrae musculosae;

43. HUMECTANTIA 50.  
aquofo relaxant.
44. EMOLLIENTIA 36.  
oleofo relaxant.
45. IMPINGUANTIA 52.  
chylofo relaxant.

## 2. CORROBORANTIA.

Firmantia tonum Fibrae musculosae;

46. EXSICCANTIA 43.  
Siccando corroborant.
47. TONICA 94. Corroborantia 24.  
amaro firmant.
48. ADSTRINGENTIA 3. Coriaria 23.  
Stryptico defiant.
49. SOPHISTICANTIA 80.  
Genitalia adstringunt.

## 3. CORRODENTIA.

50. ABSTERGENTIA Saponacea 78.  
glusen fibrarum abstergant.
51. COSMETICA 26.  
Superficiem fibrarum abradunt.
52. SEPTICA inflammatoria. 54. Caustica.  
Fibras inflammant.
53. VESICATORIA 95. Excoriantia. 39. Exurentia.  
Exulcerantia. Corrosiva 25.  
Fibras corrodunt.

Claf-



## Classis V.

## VISCERALIA.

## I. SPIRITUOSA.

Nervos excitantia.

54. CEPHALICA 20. *Nervina* 64.  
caput confortant.
55. CARDIACA 17. *Cordialia*.  
cor corroborant.

## 2. BILIOSA.

Bilem augentia.

56. HEPATICA 49.  
Hepar petunt, bilem generant.
57. SPLENICA 82.  
Splenem petunt & corroborant.
58. STOMACHICA 86.  
Orexin excitant.

## 3. MUCAGINOSA:

Pulmones corroborantia lubricantiaque.

59. BECCHICA 15. *Thoracica*.  
Muco acriusculo pulmōni dicata.

## 4. VENEREA.

Genituræ faventia.

60. APHRODISIACA 12.  
Venerem excitant.
61. UTERINA 98.  
Fœtui favent.
62. LACTIFERA 56. *Galactophora*.  
Lac adaugent.

Clas-



## TOPICA.

## I. CONSOLIDANTIA.

- Solutionem continui medicantia.
63. VULNERARIA 99. *consolidantia*.  
consolidant vulnera.
64. GLUTINANTIA 48.  
conglutinant citius vulnera.
65. MATURANTIA 60. 104.  
Pus movent.
66. DIGERENTIA 104. *Digestiva*.  
Pus maturant.
67. SARCOTICA.  
carnem, peregrina auferendo, generant.
68. CATHÆRETICA.  
Hyperfarcosin auferunt.
69. CICATRISANTIA *Epulotica*.  
ulcera consolidata siccant.
70. SISTENTIA *Ischema*.  
Sanguinem sistunt.

## 2. DISCUTIENTIA.

- Humores retundentia.
71. REPELLENTIA 74.  
Materiem amandant.
72. LACTIFUGA 57.  
Lac minuunt.
73. STERILITANTIA 83.  
Imprægnationem præpediunt.

## 3. ARCENTIA.

- Animalculis noxia.
74. ANTHELMINTICA 9.  
Vermes enecant.
75. EXANTHEMATICA 102. *Bezoartica*.  
Acaros expellunt.
76. PHTHIRIACA 101.  
Pediculos occidunt.



CLASSIS I.  
 MONANDRIA  
 MONOGYNIA.

1. **A**MOMUM scapo radicato, spica ovata. Hort.  
 cliff. 3. Fl. Zeyl. 3. Hort. Ups. 1.  
 INSCHI. Rheed. mal. II. p. 21. t. 12.  
 LOC. INDIA orientalis nunc JAMAICA.

PHARM. ZINGIBERIS COMMUNIS Radix ʒj.  
*Perennis, ferva.*  
 condita cum vel sine Brodio.

ALBI Radix ʒj. optima,  
 condita cum vel sine Brodio.

QUALIT. fervida, acris, aromatica, subfra-  
 grans. *culinaris.*

VIS. calefaciens, (*recens eccoprotica, Stomachica,*  
 stimulans.

USUS. Colica, Diarrhoea, Hysteria.

COMP. Andromach. Mithrid. Diascord. Benedict.  
 Hamech. Diasatyrium. Alhandal. troch. Agaric.

2. **A**MOMUM scapo bracteis alternis laxis caule  
 brevior. Fl. Zeyl. 4.

ELETTARI 2. Rheed. mal. II. p. 9. t. 6.

LOC. Malabaria, Zeylona. *Perenn. Peregr.*

PHARM. CARDAMOMI MINORIS (*fructus*)  
 non excorticatus, excorticatus, Semina, oo.

QUAL. fragrans, acris, fervida, aromatica, *Culinaris.*

VIS. stimulans, calefaciens, nervina, pellens,  
 aphrodisiaca.

USUS. Anorexia, Morosis.

COMP. Andromach. Mithridat. Benedict. Diasa-  
 tyr. ∇ Theriacal.

3. **A**MO-



144 MONANDRIA. MONOGYNIA.

3. AMOMUM caule ramoso.

GRANA PARADISI officin. *Baub. pin. 413. Raj. hist.*  
1205. Barbara,

Loc. Magdagascar, Guinea, Zeylona.

*Perennis, Peregrina.*

PHARM. PARADISI GRANI Semina.

QUAL. præcedentis 2. sed acerrima. *Ravior.*

VIS. stimulan. calefaciens.

USUS. Paralysis.

COMP.

4. COSTUS. *Hort. cliff. 2. Fl. Zeyl. 5. Hort. Upsal. 2.*

TSIANA-KUA, *Rheed. mal. II. p. 15. t. 8.*

Loc. Malabaria, Zeylona, Brasilia, Surinama.

*Perennis, fera.*

PHARM. COSTI DULCIS Radix ʒʒ.

ARABICI Radix ʒʒ.

QUAL. calida, acris, amaricans, fragrans. *Ravior.*

VIS. stimulan, calefaciens, diaphoretica, emmenagoga, diuretica urina violacea.

USUS.

COMP. Andromach. Mithridat. Philon. Orvietan.

¶ *Costum Dulcem & Arabicum ex eamque plantam officinalem cum no-*  
*eadem planta defumi plurimi statunt, ista eandem esse verosimile est.*

5. CURCUMA foliis lanceolatis utrinque acuminatis: nervis lateralibus numerosissimis. *Roy. lugdb.*  
12. *Fl. Zeyl. 7.*

MANJELLA-KUA. *Rheed. mal. II. p. 21. t. II.*

Loc. Amboina, Malabaria, Zeylona.

*Perennis, peregrina.*

PHARM. CURCUMÆ Radix ʒj.

QUALIT. amara, luteo-tinctoria, cibaria *Indis.*

*Ravior.*

VIS.



VIS. resolvens, pellens, emmenagoga: urinae  
 tinctoria.  
 USUS. Icterus! Cachexia, Hydrops.  
 COMP.

6. KÆMPFERIA foliis ovatis sessilibus. Fl. Zeyl.

8. Hort. Clif. 2. t. 1. Hort. Ups. 2. an?

WANHOM. Kampf. amœn. 901. t. 902. an?

LOC. India Orientalis, Philippina. Perennis, fera.

PHARM. GALANGÆ MAJORIS Radix (In-  
 gravior, intus pallida).

MINORIS Radix (fortior, intus ruffa)

QUAL. acris, aromatica, fragrans, amaricans, pun-  
 gens magis Zingibere. Præstans.

VIS. calefaciens, stimulan, stomachica, emme-  
 nagoga.

USUS. Singultus! Vertigo! Vomitus marinus, Co-  
 lica Lochialis.

COMP. Orvictanum, Aqua vitæ Matth. Pulvis  
 nasalalis.

*Kampferiam* hanc cum *Galanga* concludimus; sed inquirent accuratius peregrinatores. Magni Usus est modo non hallucinatio in Synonymis, hæc radix in India patria.

7. KÆMPFERIA foliis lanceolatis petiolatis. Fl.  
 Zeyl. 9.

MALAN-KUA. Rheed. mal. II. p. 17. t. 9.

LOC. Zeylona, Malabarica. Perennis, peregrina.

PHARM. ZEDOARIÆ LONGÆ Radix, Essent.

∇, Ω, ∞, Semina.

QUAL. subacris, aromatica, debile fragrans.  
 Frequens, præstans.

VIS. stimulan, calefaciens, nervina, stomachica,  
 sudorifera.

Mat. Med. Contracta.

K

USUS



146 MONANDRIA. MONOGYNIA:

Usus. Hyſteria, Aſthma, Nauſea!

COMP. Philonium. acet. Theriacal. ▽. Prophylactica Aqua vita.

Ex hac planta *Zedoaria rotunda* | Sed hæc in noſtris officiis non pro-  
radix itidem colligi vulgo ſtatuitur. | ſtat.

8. SALICORNIA articulis apice craſſioribus obtuſis.  
SALICORNIA herbacea: *Fl. Sv. i. Kali geniculatum C. B.*

Loc. Africa, Europa; Svecia varius. *Annua, maritima, manſueta.*

PHARM. ALCALI (SODA) Sal.

QUAL. falſa, acris. *Ravior.*

VIS. ſtimulans, diuretica, emmenagoga, (*ſal alcali fixum corroſivum.*)

Usus. Scabies, Abſceſſus, Scelotyrbæ, Hyperfarcoſis.

COMP. Sapo venetus, ſal Seignette', Fel vitri.

*Sal alcali* e variis plantis maritimis falſisque conſciunt variæ, uti aptior in hunc Uſum planta, quam ex *Mefembryambeno* Ægypti; *Chenopodio* Hiſpani; *Salsola* Angli; *Salicornia* Itali &c. quæ eundem ſere dicta, quæ in Auſtrali Europa ſere fruſceſcit, apud nos vero annua eſt.



CLAS.



147  
CLASSIS II.  
DIANDRIA  
MONOGYNIA.

9. JASMINUM foliis oppositis pinnatis *Hort. cliff.*  
5. *Hort. Ups.* 5.  
JASMINUM vulgatius flore albo. *Bauh. pin.* 397.  
Loc. Malabarica. *Arbnscula, mansueta.*  
PHARM. JASMINI (*Florum*) ☉  
QUAL. suaveolens. *Externa.*  
VIS. uterina.  
USUS. Dystocia.  
COMP. Pulvis Cyprius, Odoramenta.

Hi flores succedanei sunt *Nyctan* | liori Europa petuntur: & ubi hi de-  
his, cumque nec *Jasmini* flores ex | ficiunt, *Philadelphi* flores sumantur,  
hortis nostris sufficiant, ab *Austra*

10. OLEA foliis lanceolatis, ramis teretiusculis.  
*Hort. cliff.* 4.  
OLEA sativa. *Bauh. pin.* 472.  
Loc. Hispania, Gallia, Italia, (caelo temperato)  
*Arbor mansueta, sterilis.*  
PHARM. OLIVÆ (*fructus*) conditæ, Ol. expref.  
QUAL. ☉ pingue, blandum, insipidum, inodo-  
rum; *Condit. Austeræ.* *Culinaris.*  
VIS. ☉ obtundens, emolliens. *Condit. tonica,*  
*stomachica.*  
USUS. Morbi dolorifici, Colica, Rheumatismus,  
Tenesmus, Tuffis.  
COMP.

K 2 II. VE-



148 DIANDRIA. MONOGYNIA.  
II. VERONICA spicis pedunculatis lateralibus,  
caule procumbente.

VERONICA mas supina & vulgarissima. *Bauh. pin.*  
252. *qua Fl. Suec. 8.*

LOC. Europæ nostræ sylvæ aridæ. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. VERONICÆ Herba, *Conserua, Syru-*  
*pus, Aqua.*

QUAL. stiptica. *Trita.*

VIS. adstringens, vulneraria, tonica.

USUS. Cachexia.

COMP.

12. VERONICA racemis lateralibus, foliis ovatis  
planis, caule repente. *Fl. Suec. II.*

ANAGALLIS aquatica major (& minor), folio  
subrotundo. *Bauh. pin. 252.*

LOC. Europæ scaturigines. *Perennis, frequens.*

PHARM. BECCABUNGÆ Herba,  
*Conserua, Aqua.*

QUAL. subinsipida, inodora, *Stabliana.*

VIS. Diuretica? Discussiens?

USUS. Scorbutus.

COMP.

13. SALVIA foliis lanceolato-ovatis crenulatis,  
floribus spicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff. 12.*  
*Hort. Ups. 10.*

SALVIA major. *Bauh. pin. 237.*

LOC. Italia, Narbona. *Perennis, olitoria, cicur.*

PHARM. SALVIÆ Herba,  $\Delta$ ,  $\Omega$ ,  $\infty$ ; Flores,  
Semina.

QUAL. fragrans, amara. *Frequens, prestans.*

VIS. adstringens, tonica, nervina, stomachica.

USUS. Timor, Languor: Leuchorrhœa, Senectus.

COMP.  $\text{♁}$  sternutorius viridis.

14. SAL-



14. SALVIA foliis obtusis crenatis, bracteis funi-  
mis majoribus coloratis. *Virid. Cliff. 4.*

HORMINUM sativum. *Baub. pin. 238.*

LOC. Apulia, Græcia.

PHARM. HORMINI Semina.

QUAL. fragrans, amaricans.

VIS. mucilaginoso.

USUS. Ophthalmia.

COMP.

15. SALVIA foliis rugosis oblongo-cordatis ferra-  
tis: floralibus calyce longioribus. *Hort. Ups. 10.*

HORMINUM Sclarea dictum. *Baub. pin. 208.*

LOC. Syria.

PHARM. SCLARÆ (GALLITRICHI) Herba.

QUAL. fragrans.

VIS. fortior Salvia 13. stimulans, exhilarans, ster-  
nutatoria, resolvens.

USUS. Leucorrhœa, Hysteria, Colica.

COMP.

16. ROSMARINUS. *Hort. cliff. 14. Hort. Ups. 11.*

ROSMARINUS hortensis angustiore, seu sponta-  
neus latiore folio. *Baub. pin. 217.*

LOC. Narbona, Hispania, Galilæa. *Frutex, mansu.*

PHARM. RORIS MARINI HORTENSIS

Herba,  $\nabla$ ,  $\infty$ ; Semina.

HISPANICI Herba.

ANTHOS Flores, *Conserva*,  $\Omega$  (aqua Reg.  
Hung.)

QUAL. fragrans.

VIS. excitans, nervina, tonica, resolvens.

USUS. Syncope, Asthma, Hysteria, Apoplexia;  
Tertiana.

COMP. Mel anthosatum.



## 150 DIANDRIA. MONOGYNIA.

17. VERBENA (tetrandra,) spicis filiformibus,  
foliis multifido-laciniatis. *Hort. cliffort. II. Fl.*  
*Sec. 26.*

LOC. Europa, nostraque Scania. *Annua. cicur.*

PHARM. VERBENÆ Herba, ♀.

QUAL. subinsipida, inodora. *Dubia, exoleta.*

VIS. adstringens, vulneraria.

USUS. Ophthalmia? Magia?

COMP.

18. GRATIOLA floribus pedunculatis, foliis lan-  
ceolatis ferratis.

GRATIOLA centauroides. *Bauh. pin. 279.*

LOC. Gallia, Europa australior. *Perrenis, palu-  
stris, mansueta.*

PHARM. GRATIOLÆ Herba ʒj.

QUAL. amara.

*Eximia, cauta.*

VIS. purgans, vomitoria, emmenagoga, anthel-  
mintica.

USUS. Dysenteria, Hydrocephalus.

COMP. Enemata.

## TRIGYNIA.

19. PIPER foliis ovatis subseptinerviis glabris,  
petiolis simplicissimis *Fl. Zeyl. 26.*

MOLAGO-CODI. *Rheed. mal. 7. p. 23. t. 12.*

LOC. India Orientalis. *Frutex, peregrinus.*

PHARM. PIPERIS NIGRI Fructus, ∞, ☉

ALBI Fructus.

QUAL. fervida, acris, *culinavis.*

VIS. calefaciens, stimulans, stomachica, singul-  
tuosa, sternutatoria.

USUS. Tertiana, Conceptio, Odontalgia, Proci-  
dentia, Pediculi.

COMP.



DIANDRIA. MONOGYNIA. 151

COMP. Andromach. Mithrid. Diaphœnic. Fl. bacc.  
lauri .

20. PIPER foliis cordatis petiolatis sessilibusque .  
Fl. Zeyl. 30.

CATTU-TIRPALI. Rheed. mal. 7. p. 27. t. 14.

LOC. India orientalis.

Frutex, peregrinus.

PHARM. PIPERIS LONGI Fructus.

QUAL. fervida, acris.

VIS. calefaciens, stimulan, stomachica, singul-  
tuosa .

USUS. Flatulentia .

COMP.





CLASSIS III.  
 TRIANDRIA  
 MONOGYNIA.

21. VALERIANA floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Fl. Suec.* 30.

VALERIANA sylvestris major. *Bauh. pin.* 164.

LOC. Europæ prata paludosa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. VALERIANÆ MINORIS Radix 3ij.

QUAL. Suaveolenti-graveolens, amara. *Præstans.*

VIS. narcotica, fudorifera, diuretica, purgans.

USUS. Epilepsia, Hysteria, Hæmoptylis.

COMP.

22. VALERIANA floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indivisis. *Hort. ups.* 13.

VALERIANA hortensis. *Bauh. pin.* 164.

LOC. Alsatia. *Perennis, cicur.*

PHARM. PHU. (VALERIANÆ MAJORIS)

Radix, Herba.

QUAL. Antecedentis.

*Exfoleta.*

VIS. Antecedentis.

USUS. Antecedentis.

COMP. Andromach. Mithridatium.

23. VALERIANA floribus triandris, foliis ovato-oblongis obtusis integerrimis.

NARDUS Celtica dioscoridis. *Bauh. pin.* 165.

LOC. Helvetiæ, Styriæ, Liguriæ, Genuæ Alpes.

*Perennis, peregrina.*

PHARM. SPICÆ CELTICÆ Radix, Flores.

QUAL. fragrans, acris, aromatica (plantæ fere emarcidæ.)

*Rarior.*

VIS.



VIS. Diuretica, anthelmintica.

USUS.

COMP. Andromach. Mitridat. *Empl. Meliloti.*

24. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro. *Hort. cliff. 18. Hort. Ups. 16.*

IRIS vulgaris germanica f. sylvestris. *Baub. pin. 30.*

LOC. Germaniæ, Galliæ clivosa. *Cicur.*

PHARM. IREOS NOSTRATIS Radix, *Fæcula.*

QUAL. Acris. *Heroica.*

VIS. Diuretica! emmenagoga, errhina.

USUS. Hydrops! Oedema.

COMP.

β Varietas antecedentis ( *auctoritate J. Baub. Razi. Godofredi.* )

IRIS. Alba florentina. *Baub. pin. 31.*

LOC. Italia. *Perennis, mansueta.*

PHAR. IREOS FLORENTINÆ Radix.

QUAL. Fragrans. *Frequens.*

VIS. Expectorans, errhina, becchica, eccoprotica.

USUS. Hydrops.

COMP. Andromach. *Species DiaIreos. Troch. bec-*

chici, ☽ sternutorius. *Ungu. pomatum.*

25. IRIS corollis imberbibus, petalis interioribus stigmatibus minoribus, foliis ensiformibus. *Fl. Suec. 33.*

ACORUS adulterinus. *Baub. pin. 34.*

LOC. Europæ nostræ paludes.

*Perennis, vulgatissima.*

PHARM. ACORI PALUSTRIS Radix.

QUAL. Insipida, subtiptica. *Ravior.*

VIS. Adstringens.

USUS. Scelotyrbe.

COMP. *Elect. Diacori.*



26. IRIS corollis imberbibus, foliis tetragonis. *Vir. Clif. 6?*

COLCHICUM radice ficcata alba. *Bauh. pin. 69.*

LOC. Syria. *Perennis, mansueta.*

PHARM. HERMODACLYLI Radix ʒij.

QUAL. Inodora, dulcescens, acris. *Dubia.*

VIS. Purgans, mundificans.

USUS. Rheumatismus, Amaurosis.

COMP. Benedict. ☩ Artheticus, *Extr. panchymagog.*

*Hermodactyli* planta adhuc dubia plurimi; alii vero CHOLCHICUM est. Hanc IREOS speciem pro Hermodactylo habent Tournefortius & Clif. 140.

27. CROCUS floribus fructui impositis: tubo longissimo, *Roy. Lugdb. 41. Hort. Ups. 15.*

CROCUS sativus. *Bauh. pin. 65.* Crocus alpinus autumnalis, *C. B.*

LOC. Helvetiæ, Pyrenæor. Lusitaniæ, Traciæ Alpes.

PHARM. CROCI ORIENTALIS (stigma) ʒj.β. *Perenn. cicur.*

BRITANNICI (stigma) pulvis ʒβ.

*Tinct. ʒβ. Extractum. gr. XV.*

QUAL. Suaveolens, luteo-tinctoria, aromatica.

VIS. Anodyna, exhilarans, resolvens, uterina, *Culinaris, heroica.*  
pellens, emmenagoga.

USUS. Icterus, Dysmenyria, Vomitus.

COMP. Andromach. Mithridat. Philon. Benedict.

Orvietan. Hieræ, *Confect. Hyacint;* ☩ Comitiss;

*Troch. Carabe;* Laudan; *Elix. propriet;* Pil. am-

mon; *Pil. ruffi. Pil. cynogloss;* ☉ Scorp. mag.

*Ung.*



TRIANDRIA MONOGYNIA. 155

*Ung.* aureum. *Empl.* Oxycroc. *Empl.* melilör.  
*Empl.* galban. *Empl.* diachyl. *compos.*

28. TAMARINDUS. *Sloan. jam. 147. Hort. Cliff.*  
18.

BALAM-PULLI. *Rheed. mal. t. p. 39. t. 23.*  
Loc. India utraque, Ægyptus, Arabia.

*Arbor, fera.*

PHARM. TAMARINDI Fructus, Pulpa. *ʒiij.*

QUAL. Acidula. *Eximia.*

VIS. Eccoprotica, refrigerans.

USUS. Febres phlogistica.

COMP. *Elect.* cathol. *Elect.* lenitiv. *Conf.* hamech.

29. CYPERUS culmo triquetro folioso, panicula  
foliosa supra-decomposita, pedunculis nudis, spi-  
culis alternis. *Roy. Lugdb. 50.*

CYPERUS odoratus, radice longa f. *Cyperus offi-*  
*cinarum. Bauh. pin. 14. Scheuch. bist. 378.*

Loc. Gallia, Italiae paludes. *Perennis, mansueta.*

PHARM. CYPERI LONGI Radix.

QUAL. Fragrans, calida. *Exoleta.*

VIS. Diuretica, emmenagoga.

USUS. Ulcera uteri, vesicae, oris.

COMP.

30. CYPERUS culmo triquetro subnudo, umbel-  
la decomposita, spiculis alternis linearibus. *Fl.*  
*Zeyl. 36.*

CYPERUS Orientalis major. *Bauh. pin. 13. theatr.*  
208.

Loc. Ægyptus, Syria. *Perennis, peregrinus.*

PHARM. CYPERI ROTUNDI Radix.

QUAL. Fragrans, calida. *Exoleta.*

VIS. Antecedentis debilior.

USUS.



## 156 TRIANDRIA DIGYNIA.

USUS.

COMP. Troch. capparidis; Empl. meliloti.

*Cyperus rotundus* si idem cum *Cy-* Scheuch. gram. 391. cum certo Syno-  
*pero orientali*, radice olivari, spicis nymos est *Cyperus Ceylanicus*.  
*longis e spadiceo purpurascensibus.*

## DIGYNIA.

31. LAGURUS paniculae spiculis conjugatis ovatis.  
*Fl. Zeyl. 465.*GRAMEN. Dactylon aromaticum, multiplici pa-  
nicula, spicis brevibus tomento candicantibus ex  
eodem pediculo binis. *Pluk. alm. 175. t 190. f. i.*

LOC. Arabia. Perennis, peregrinus.

PHARM. SCHOENANTHI Herba.

QUALIT. Suaveolens, aromatica. Exoleta.

VIS. Emenagoga, carminativa.

USUS. Vomitus.

COMP. Andromach. Mitridat.

32. LAGURUS paniculae racemis supradecomposi-  
tis proliferis. *Fl. Zeyl. 45. an?*CALAMUS. Odoratus Matthioli. *Bauh. pin. 17?*

LOC. Alexandria. Perennis, peregrina, dubia.

PHARM. SPICÆ (INDICÆ) NARDI Ra-  
dix.

QUALIT. suaveolens, fragrans, aromatica.

VIS. Alexiteria, cordialis, stomachica, anthel-  
mintica. Eximia, insueta.

USUS. Debilitas, Hæmorrhagia.

COMP. ♂ Diarhodon, Andromach, Mithridat.  
Phi-



TRIANDRIA DIGYNIA. 157

Philonium, Benedicta, *Hiera picra*, *Trochif. hedyeroi*, *Ung. martiatum*, *Ung. nardinum*.

SPICE NARDI planta etiam- hior visa, quam *Calamus odoratu-*  
num incognita est, mihi nulla simi- *Matthioli.* *Matthioli.*

33. SACCHARUM *Hort. cliff. 26. Hort. Ups. 19.*  
ARUNDO. Saccharifera *Bauh. pin. 18. Sloan. jam.*  
I. p. 108. t. 66.

Loc. India utriusque, Canariar. inundata.

PHARM. SACCHARI *canariense, candidum, album,*

*rubrum. Farinaceum, album, griseum. Penidium,*

*Perlatum, Rubrum. Taberzeth. Syrupus.*

QUAL. Dulcissima, inodora, mitissima.

*Culinaris, usitatissima.*

VIS. Edulcorans, relaxans, calefaciens, expecto-

rans.

USUS.

COMP. Omnes Confectiones, Condita, Conservæ,

Syrupi.

34. PANICUM panicula laxa flaccida, foliorum  
vaginis pubescentibus. *Hort. cliff. 27. Hort.*  
*Ups. 20.*

MILIUM semine luteo & albo. *Bauh. pin. 26.*

*theatr. 502.*

Loc. India.

*Annum, cicur.*

PHARM. MILII Semina.

QUAL. Farinacea, insipida.

*Culinaris, exoleta.*

VIS. Nutriens, flatulenta.

USUS.

COMP.



35. HORDEUM. Flosculis lateralibus masculis muticis; angularibus imbricatis. *Hort. Ups. 23.*

HORDEUM. Distichum *Bauh. pin. 23. theat. 440.*

LOC. *Annuum, sereale, vulgare.*

PHARM. HORDEUM mundatum, excorticatum,

perlatum. *Acetum vulgare, (distillatum)*

*Cerevisia antiqua, gedanensis (Pryffing.)*

QUAL. Farinacea, insipida. *Culinaris.*

VIS. nutriens, refrigerans. *Aceti resolvens, refrigerantissima.*

USUS. † Inflammatio, *cerevis.* Contusio.

COMP. *Loboc hordeatum. Syrupus acetosus.*

36. TRITICUM radice annua, glumis ventricosis lævibus imbricatis submuticis. *Hort. Ups. 21.*

TRITICUM. Hybernum, aristis carens. *Bauh. pin.*

*21. theat. 352.*

LOC. *annuum, cereale, frequentissimum.*

PHARM. AMYLUM, *Pulvis Cyprius.*

QUAL. Farinacea, insipida.

VIS. Acescens, mucilaginosā.

USUS. Externus.

COMP.

37. TRITICUM radice repente, foliis viridibus.

*Fl. Lapp. 33. Suec. 105.*

GRAMEN. Caninum repens vulgatius. *Moris. hist.*

*3. p. 118. f. 8. t. 1. f. 8.*

LOC. *Europæ nostræ ruderata.*

*Perenne, vulgatissimum.*

PHARM. GRAMINIS Radix, ∇.

QUAL. Dulcis, inodora.

*usitata.*

VIS. Nutriens, diuretica, mundificans.

USUS. Sterilitas.

COMP. *Radices V. aperientes minores.*



38. AVENA calycibus dispermis, feminibus lævibus. *Hort. cliff. 25. Hort. Ups. 20.*  
 AVENA nigra. *Bauh. pin. 23. theatr. 469.*  
 LOC. Asia. *Annua, cerealis, frequentissima.*  
 PHARM. AVENA excorticata.  
 QUAL. Farinacea, insipida. *usitatissima.*  
 VIS. Refrigerans magis quam Hordeum.  
 USUS. Febres.  
 COMP.

39. PHALARIS panicula subovata spiciformi, glumis carinatis. *Hort. Ups. 19.*  
 PHALARIS major, femine albo. *Bauh. pin. 28.*  
 LOC. Canariæ, Hetruria, Hispania. *Annua, cicur.*  
 PHARM. CANARIENSE Semen.  
 QUAL. Farinosa.  
 VIS. Nutriens.  
 USUS. Aviculis.  
 COMP.





CLASSIS IV.  
TETRANDRIA  
MONOGYNIA.

40. **SCABIOSA** corollulis quadrifidis, corollis radiatis, caule hispido. *Fl. Suec. III.*

**SCABIOSA.** Pratenfis hirsuta. *Baub. pin. 269.*

**LOC.** Europæ nostræ prata, agri.

*Perennis, vulgaris.*

**PHARM. SCABIOSÆ** Radix, Herba, ▽, Sympus, Flores.

**QUAL.** Debilis.

*usitata.*

**VIS.** Diluens, alexiteria, becchica.

**USUS.** Scabies?

**COMP.**

41. **SCABIOSA** corollulis quadrifidis, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis.

*Fl. Suec. III.*

**SUCCISA** glabra. *Baub. pin. 269.*

**LOC.** Europæ prata humidiuscula.

*Perennis, vulgatiss.*

**PHARM. MORSUS DIABOLI** Radix, Herba.

**QUAL.** *rd* dulcis, subamara.

*Ravior.*

**VIS.** Antecedentis.

**USUS.** Angina.

**COMP.**

42. **AVICENNIA.** *Fl. Zeyl. 57.*

**ANACARDIUM.** *Baub. pin. 511. Oepata. Rhoad. mal. 4. p. 95. t. 45.*

**Loc:**



LOC. Malabaria. *Arbor, peregrina.*

PHARM. ANACARDII ORIENTALIS  
(Fructus.)

QUAL. Nuclei dulcis amygdali, putaminis acerrima.  
*Exoleta.*

VIS. Nuclei nutriens, putaminis caustica.

USUS. Morosis, Oblivio.

COMP.

43. CAMPHOROSMA foliis hirsutis linearibus.  
*Daff. gen. 9.*

CAMPHORATA Hirsuta. *Baub. pin. 436.*

LOC. Gallia Narbonensis, Sibiria. *Annua.*

PHARM. CAMPHORATÆ Herba.

QUAL. Suaveolens. *Inusitata.*

VIS. Nervina; resolvens, vulneraria, cephalica.

USUS. Hydrops, Hysteria, Coryza, Leuchorrhæa.

COMP.

44. RUBIA foliis lenis. *Hort. Cliff. 35. Hort. Ups. 23.*

RUBIA tinctorum fativa. *Baub. pin. 33.*

LOC. Monspelii, Danubii prata.

PHARM. RUBIÆ TINCTORUM Radix, *Perennis, mansueta.*

QUAL. Rubra. *Tinctura.*

VIS. Adstringens, pellens, diuretica, tinctoria, ossa tingens. *Ravior.*

USUS. Contusio.

COMP. Radices V. aperientes minores, Ungu. portabile.

45. ASPERULA foliis otonis lanceolatis, floribus fasciculatis pedunculatis. *Fl. Suec. 114.*

*Mat. Med. Contracta.*

L

ASPE-



161 TETRANDRIA MONOGYNIA.

ASPERULA f. Rubeola montana odorata. *Bauh. pin. 334.*

LOC. Europæ sylvæ umbrosæ, nobis præsertim Scandinæ. *Perennis, frequens.*

PHARM. MATRISYLVÆ Herba.

QUAL. Ambrosiaca.

*Rarior.*

VIS. Diluens, diuretica.

USUS. Exanthemata, Scabies.

COMP.

46. GALIUM foliis octonis linearibus, ramis, floriferis brevibus. *Fl. Suec. 116.*

GALLIUM luteum. *Bauh. pin. 335.*

LOC. Europæ nostratis præta, *Perennis, vulgarissima.*

PHARM. GALLII LUTEI Herba, ( *Coma potius* )

QUAL. Suaveolens.

*Rarior.*

VIS. Coagulans lac.

USUS. Hysteria *Juss.*

COMP.

47. HEDYOTIS foliis lanceolato-ovatis, floribus verticillatis. *Fl. Zeyl. 64.*

VALERIANELLA palustris, foliis nervosis oblongis. *Burm. Zeyl. 227. t. 108. f. 1.*

LOC. Zeylona.

*Frutex, peregrinus.*

PHARM. AURICULARIÆ Herba.

QUAL. Suaveolens.

*Ignota.*

VIS.

USUS. Cophosis.

COMP.

*Auricularia hæc, quæ a Daleo pharm. officinas pharmaceuticas, cum igno-  
160. tanquam specificum extollitur in rarent Pharmacopœi plantam, quam  
surditate, nondum introducta est in Marlovius adhibere solitus erat.*

48. PE-



48. PENÆA foliis cordatis, acuminatis. *Roy.*  
*prod. 399.*

TITHYM. Myrsinitis specie arbuscula Æthiopica;  
 folio pone elato basi in acutissimum mucro-  
 nem subito desinente; capitulis origani. *Pluk.*  
*mant. 160.*

LOC. Æthiopia. *Frutex peregrinus.*

PHARM. SARCOCOLLÆ Gummi.

QUAL. Gummi-resina, rufescens; friabilis; amari-  
 cans; subdulcis, acris, inodora. *Rarior.*

VIS. Vulneraria, purgans, noxia.

USUS. Ophthalmia.

COMP. *Empl. Opodeltoch.*

49. PLANTAGO foliis ovatis glabris. *Hort. cliff.*  
*36. Fl. Suec. 122.*

PLANTAGO latifolia major. *Baub. pin. 189.*

LOC. Europa nostra. *Perennis, vulgarissima.*

PHARM. PLANTAGINIS LATIFOLIÆ

Radix, Herba; ▽, Semina.

QUAL. Insipida; herbacea, substiptica. *Rarior.*

VIS. Adstringens, vulneraria.

USUS. Ulcera.

COMP. Gargarismata.

50. PLANTAGO caule ramoso; foliis dentatis;  
 spicis nudis. *Hort. Ups. 28.*

PSYLLIUM dioscoridis s. indicum, foliis crenatis.

*Baub. pin. 191.*

LOC. Europa australis. *Annua; cicur.*

PHARM. PSYLLII Semina, *Mucilago.*

QUALIT. Mucilaginosæ. *Rarior.*

VIS. Obtundens, refrigerans, consolidans, emol-  
 liens?

USUS. Ophthalmia, Dysenteria, Raucitas.

COMP. Gargarismata, Clysmata.



51. SANGUISORBA spicis ovatis . Hort. cliff. 39.  
Fl. Suec. 130.

PIMPINELLA sanguisorba major . Baub. pin. 160.  
Loc. Europæ australioris, Gothlandiæque prata.

PHARM. PIMPINELLÆ ITALICÆ Radix,  
( non Herba, non Semina. )

QUAL. Austerâ. Exoleta.

VIS. Adstringens, tonica.

USUS. Hæmorrhagia, Dysenteria, Hydrophobia  
Palmar.

COMP.

52. TRAPA petiolis foliorum natantium ventricosis. Fl. Suec. 483.

TRIBULUS aquaticus . Baub. pin. 194.

LOCUS. Europæ australis aquæ limosæ.

Infrequens .

PHARM. AQUATICÆ NUCIS ( Fructus . )

QUAL. Dulcis. Exoleta.

VIS. Adstringens, obstipans.

USUS. Pleuritis.

COMP. Ung. Agrippæ.

53. DORSTENIA scapis radicatis . Hort. cliff. 32.

DRAKENA radix . Clus. exort. 83.

LOC. Perù, Mexico, Vera cruce, Inf. vincentii .  
Perennis, peregrina.

PHARM. CONTRAJERVÆ Radix.

QUAL. Aromatica, subsuaveolens, amaricans.

usitata, præstans.

VIS. Adstringens, stomachica, Alexiteria, Sudorifera.

USUS.



USUS. Febres omnes, Exanthemata, Dysenteria.

COMP. ☯ Comitissæ.

Contrajervæ radicem esse speciem  
 PASSIFLORÆ *Hernandus*, COM-  
 MELINÆ *Banisherus*, KÆMPFE-  
 RIÆ *Camellus*, ARISTOLO-  
 CHIÆ *Sloaneus* statuerunt; at  
 DORSTENIÆ *Houffonius*, sed nu-  
 per PSORALEAM foliis *Agita-*  
*to-quinatis* pro genuina *Contrajerva*  
 alba a Cl. *Bernh. Jusseo*, habui.

54. ALCHEMILLA foliis lobatis. *Fl. Suec. 135.*ALCHIMILLA vulgaris. *Bauh. pin. 319.*

Loc. Europæ nostræ pascua ficciora.

*Perennis, vulgarissima.*

PHARMAC. ALCHIMILLÆ Radix. Herba,

*Aqua.*

QUAL. Styptica, inodora.

*Ravior.*

VIS. Vulneraria, sophericans.

USUS.

COMP.

55. CUSCUTA nuda repens filiformis. *Fl.**Suec. 138.*α CUSCUTA major. *Bauh. pin. 219.*

Loc. Europæ nostratis Linum, Humulus, Urtica.

*Annua, vulgaris.*

PHARM. CUSCUTÆ Herba.

QUAL. Amariçans, inodora.

*Dubia.*

VIS.

USUS. Febres intermittentes.

COMP.

β. EPITHYMIUM f. Cuscuta minor. *Bauh. pin.**219.*Loc. Europæ australis Thymus. *Annua, mansueta.*

PHARM. EPITHYMI Herba.

QUAL. odor &amp; sapor fere Thymi, sed debilior.

L 3

VIS.



166 TETRANDRIA MONOGYNIA.

VIS.

*Dubia.*

USUS.

COMP. *Conf. hamech.*

56. ILEX foliis ovato-lanceolatis ferratis, *Hort. cliff. 40.*

CASSINE vera floridanorum arbuscula baccifera.  
*Pluck. mant. 40. t. 376. f. 2. Catesb. carol. 2. p.*

*57. t. 57.*

LOC. Carolina, Virginia.

*Arbor, mansueta.*

PHARM. CASSINÆ Folia.

QUAL. Subaromatica, inodora,

*inuisitata.*

VIS. Expectorans.

USUS. Variola.

COMP.



CLAS-



CLASSIS V.  
PENTANDRIA  
MONOGYNIA.

57. **L**ITHOSPERMUM feminibus levibus, corollis calycem vix superantibus, foliis lanceolatis, *Roy. Lugd. 405. Fl. Suec. 151.*

**L**ITHOSPERMUM majus erectum. *Bauh. pin. 258.*

**LOC.** Europa, nobis Gothlandia, Oelandia, W. Gothia.

*Perennis, cicur.*

**PHARM.** LITHOSPERMI Semina.

**QUAL.** Insipida, inodora, ossea. *Exoleta.*

**VIS.** Absorbens, adstringens, diuretica?

**USUS.**

**COMP.** Benedicta laxativa.

58. **L**ITHOSPERMUM villosum, caulibus erectis simplicissimis.

**ANCHUSA** puniceis floribus. *Bauh. pin. 255.*

**LOC.** Languedocia. *Perennis, peregrina.*

**PHARM.** ALCANNÆ (SPURIAE) Radix.

**QUAL.** Rubra. *usitata.*

**VIS.** Tinctoria,

**USUS.**

**COMP.** Tincturæ rubræ, Ungu. rubr. potabile. Spirit. Sal. amm. rubr.

59. **A**NCUSA foliis lanceolatis, spicis imbricatis secundis. *Fl. Suec. 152.*

**BUGLOSSUM** angustifolium majus. *Bauh. pin. 256.*

**LOC.** Europæ nostratis prata & ruderata.

*Perennis, frequens.*

L 4

PHARM.



168 PENTANDRIA MONOGYNIA.

PHARM. BUGLOSSI Radix, Herba, *Syrupus*,  
*Aqua*, *Flores*, *Conserua*.

QUAL. Dubia. *infrequens*.

VIS. Cordialis? exhilarans?

USUS. Melancholia? hypochondriasis?

COMP. *Flores* IV. *Cordiales*. *Aqua* IV. *Cordiales*.

60. CYNOGLOSSUM foliis lanceolato-ovatis tomentosis, corollis calycem æquantibus. *Fl. Suec.* 154.

CYNOGLOSSUM majus vulgare. *Baub. pin.* 257.

LOC. Europæ nostræ ruderata. *Biennis*, *vulgatissima*.

PHARM. CYNOGLOSSÆ Radix, Herba.

QUAL. Graveolens. *Dubia*.

VIS. Adstringens, subnarcotica, antiphtiriaca.

USUS. Tuffis. Coryza.

COMP. *Pilule* Cynoglossæ gr. V.

61. SYMPHYTUM foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. *Hort. cliff.* 47. *Fl. Suec.* 155.

SYMPHYTUM *Consolida* major. *Baub. pin.* 259.

LOC. Europa australior, nostraque Scania.

*Perennis*, *frequens*.

PHARM. CONSOLIDÆ MAJORIS Radix, *Conserua*, Herba, *Flores*.

QUAL. Mucilaginosæ. *usitata*.

VIS. Glutinans, vulneraria, obtundens, adstringens.

USUS. Dysenteria, Hæmaturia, Hæmoptysis.

COMP. *Syrupus* symphyti, *Empl. fractur*; *Empl. ruptur*; *Empl. opodelt*.

62. PULMONARIA foliis radicalibus ovato-cordatis. *Fl. Suec.* 156.

SYMPHYTUM maculosum f. *Pulmonaria latifolia*.  
*Baub. pin.* 259.

LOC.



LOC. Europæ nostræ radices montium.

PHARM. PULMONARIÆ <sup>Perennis, vulgaris.</sup> MACULOSÆ  
Herba.

QUAL. oleracea. Dubia.

VIS. glutinans, vulneraria, becchica.

USUS.

COMP.

63. BORRAGO foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. *Hort. Ups. 34.*

BUGLOSSUM latifolium, Borrage. *Baub. pin. 236.*

LOC. Normannia. *Annua, cicur.*

PHARM. BORRAGINIS Herba, *Syrupus*, ▽,  
Flores *Conserua*.

QUAL. oleracea. *Exoleta, dubia.*

VIS. cordialis? exhilarans?

USUS. Melancholia?

COMP. *Flores* IV. Cordiales, *Aquæ* IV. Cordiales.

64. PRIMULA foliis denticulatis rugosis, limbo corollarum concavo. *Fl. Suec. 161.*

VERBASCULUM pratense odoratum. *Baub. pin. 241.*

LOC. in Europæ nostræ pratis, *Perennis, vulgarissima.*

PHARM. PRIMULÆ VERIS Radix, Herba,  
Flores (corollæ,) *Conserua*, ▽.

QUAL. fragrans, oleracea. *Frequens.*

VIS. subanodyna, nervina, cordialis, resolvens.

USUS. vertigo *Flor.* Paralyfis? Epilepsia? *Cephalea Rd.*

COMP.

65. CYCLAMEN foliis cordatis, corolla reflexa.  
*Hort. Ups. 47.*

CYCLAMEN hederæ folio. *Baub. pin. 308.*

LOC. Pannonia, Aultria. *Perrenne, mansuetum.*

PHARM.



170 PENTANDRIA MONOGYNIA.

PHARM. CYCLAMINIS Radix ʒj.

QUAL. (*assata esculenta*) mucilaginosā, tum acris, Karyor.  
fervida.

VIS. purgans, drastica, emmenagoga. Externe res-  
solvens, anthelmintica.

USUS. Scirrhus.



COMP. Ungu. Arthanita.

66. MENYANTHES foliis ternatis. *Fl. Suec.* 163.

TRIFOLIUM palustre. *Bauh. pin.* 327.

LOC. Europæ nostræ paludes. Perennis, vulgaris.

PHARM. TRIFOLII AQUATICI Herba,

Conserva, Essentia, , .

QUAL. amarissima. Præstans.

VIS. corroborans, saponacea, diuretica.

USUS. cachexia, scorbutus, Hypochondriasis, Ar-  
thritis, Nephritis, Rheumatismus, cachoetes.

COMP.

67. LYSIMACHIA foliis subrotundis, floribus so-  
litariis, caule repente. *Fl. Suec.* 168.

NUMMULARIA lutea major. *Bauh. pin.* 309.

LOC. Europa australior; Scania nostra.

Perennis, cicur.

PHARM. NUMMULARIÆ Herba.

QUAL. subacida, subacris. Exoleta.

VIS. saponacea, subadstringens, vulneraria.

USUS. Menorrhagia, Leucorrhæa, vulnera interna,

COMP.

68. LONICERA capitulis ovatis imbricatis, foliis  
omnibus distinctis. *Hort. cliff.* 58. *Fl. Suec.* 191.

PERICLYMENUM non perfoliatum germanicum.

*Bauh. pin.* 302.

LOC. Europa australior, nostraque Bahusia, Hal-  
landia.

Arbuscula, cicur.

PHARM.



PENTANDRIA MONOGYNIA. 171

PHARM. CAPRIFOLII Herba, Aqua.

QUAL. ingrata. *Dubia, exoleta.*

VIS. vulneraria, mundificans.

USUS. ophtalmia ∇? Gargarisma Herba?

COMP.

69. LONICERA caule procumbente repente foliis  
obverse ovatis, acutis, scabris.

OURAGOCA. *Hort. cliff. 486. Ipecacoanha. Margr.  
bras, 17.*

LOC. Brasiliae sylvae humidae. *Frutescens, peregrina.*

PHARM. IPECACUANHÆ Radix ʒij.

QUAL. inodora, levissime pungens.

VIS. emetita, purgans, sudorifera,

USUS. Dysenteria, Leucorrhœa,

COMP.

70. COFFEA. *Hort. Cliff. 59, Hort. Ups. 41.*

JASMINUM arabicum, lauri folio. *Juss. act. 1713,*

*p. 388. t. 7.*

LOC. Arabia felix.

*Arbor, fera.*

PHARM. COFFEE Semina, *ustulata,*

QUAL. *usta* empyreumatica.

*Culinaris,*

VIS. exsiccans, excitans.

USUS. Corpulentia, Sopor, Cordialgia,

COMP.

71. CINCHONA,

QUINQUINA. *Condam. Act. paris, 1738.*

LOC. Loxa Peruvia.

*Arbor, peregrina,*

PHARM. CHINÆ Cortex ʒj. *Essentia, Extractum.*

QUAL. tenacissime amara.

*Trita, Heroica.*

VIS. carnes amaritie inficiens, roborans, sublaxans.

USUS. Febres criticae, Anorexia, Calculus, Oede-  
ma, Sphacelus, Hysteria.

COMP.

72. RHAM-



172 PENTANDRIA MONOGYNIA.

72. RHAMNUS spina terminalibus floribus quadrifidis dioicis. *Fl. Suec.* 193.

RHAMNUS catharticus. *Bauh. pin.* 478.

LOC. Europæ nostræ Saltus. *Arbor vulgaris.*

PHARM. SPINÆ CERVINÆ Baccæ ℥ij, Succus viridis.

QUAL. amara. *Rarior.*

VIS. purgans

USUS. Cachexia, Arthritis.

COMP. Syrupus domesticus ℥j.

73. RHAMNUS inermis, floribus monogynis hermaphroditis. *Fl. Suec.* 194.

ALNUS nigra baccifera. *Bauh. pin.* 428.

LOC. Europæ nostræ humidiuscula.

*Arbuscula vulgaris.*

PHARM. FRANGULÆ Cortex, infusum ℥ss.

QUAL. amaricans, *Rarior, heroica.*

VIS. purgans.

USUS. Hydrops, Scabies.

COMP.

74. RHAMNUS aculeis geminatis rectis, floribus digynis, foliis ovato-oblongis. *Hort. cliff.* 69.

ZIZYPHUS. *Dod. pempt.* 807.

LOC. Italia, Verona. *Arbor, mansueta sterilis.*

PHARM. JUJUBÆ Baccæ, Syrupus.

QUAL. dulcis. *Usitata.*

VIS. lubricans, edulcorans, expectorans.

USUS. Tussis, Stranguria.

COMP. Loboc sanum, Syrupus Hyssopi.

75. PLUMBAGO foliis amplexicaulibus. *Hort. Cliff.* 53.

LEPIDIUM Dentillaria dictum. *Bauh. pin.* 97.

LOC.



LOC. Neapolis, Syracusa, Monspelim.

*Perennis, mansueta.*

PHARM. DENTARIÆ Radix.

QUAL. urens.

*Exoleta, præstans.*

VIS. caustica.

USUS. Odontalgia.

COMP.

76. MIRABILIS. *Hort. Cliff. 53. Hort. Ups. 43.*

SOLANUM Mexicanum, parvo flore. *Baub. pin. 168.*

LOC. India utraque. *Perennis, mansueta.*

PHARM. JALAPPÆ Radix ꝑ. Extractum ꝑ.

*Resina ꝑ.*

QUAL. odore, sapore, dosi facillima. *Trita, heroica.*

VIS. purgans. *Resina calcar purgantis.*

USUS. frigidis, succulentis, Infantibus.

COMP. *Spec. dijalappæ.*

*Jalappe Radix defumitur, teste summo Americæ Botanico Plumiero, a Mirabili, nec repugnat structura, attamen alii e Convolvulo Americano*

*Jalapium diho. Raj. hist. genuina Convolvuli specie, defumi valde contendunt.*

77. STRYCHNOS foliis ovatis, caule [inermi.

*Fl. Zeyl. 91.*

CANIRAM. *Rheed. mal. I. p. 71. t. 37.*

LOC. Malabaria, Zeylona. *Arbor, peregrina.*

PHARM. VOMICÆ Nux, ꝑ.

QUAL. amara.

*Ravior, cauta.*

VIS. venenata.

USUS. Colica, Gonorrhœa, Febres intermittentes.

COMP.

78. STRYCHOS foliis ovatis acutis, cirrhis simplicibus.

MODIRA-CANIRAM. *Rheed. mal. 7. p. 10. t. 5.*

LOC.



## 174 PENTANDRIA MONOGYNIA.

LOC. Malabaria, Tymor, Solor. *Arbor peregrina.*PHARM. COLUBRINI VULGARIS Lignum  
(radicis) ʒʒ.QUAL. suspecta, acris, amarissima. *Exsoleta, cauta.*

VIS. sudorifera, expellens, anthelmintica; fatuans.

USUS. Ictus venenatus, Quartana.

COMP.

79. OPHIORHIZA. *Fl. Zeyl. 402.*MUNGOS Radix. *Kampf. amoen. 577.*LOC. Java, Zeylona; Sumatra. *Perenn. Peregr.*

PHARM. SERPENTUM Radix.

QUAL. amarissima.

VIS. expellens.

USUS. Ictus venenatus, Hydrophobia; Rabies;  
Synochus.

COMP.

80. CORIS. *Hort. cliff. 68. Hort. Ups. 46.*CORIS caerulea maritima: *Baub. pin. 280.*LOC. Gallia Narbonensis; Creta. *Biennis, mansu.*PHARM. COREOS Herba, *Decoctum.*

QUAL. amarissima.

*Eximia, insueta.*

VIS. pellens, nauseosa.

USUS. Siphilis.

COMP.

81. CONVULVULUS foliis reniformibus. *Hort.  
Cliff. 67.*SOLDANELLA marina minor: *Baub. pin. 296.*LOC. Angliæ, Frisæ maritima. *Perennis, mansu.*

PHARM. SOLDANELLÆ Herba.

QUAL. acris,

*Præstans, rarior.*

VIS. Draftica, Hydragoga.

USUS. Hydrops.

COMP.

82. CON-



82. CONVULVULUS foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis ramosis bifloris *Roy. lugla.*

427.  
CONVOLVULUS syriacus. *Morif. hist. 2. p. 12. f. 1. t. 3. f. 5.*


LOC. Syria, Mysia, Cappadocia per Smyrnam.  
*Perennis, peregrinus.*

PHARM. SCAMMONIUM Crudum. *Gran. vj. Diacrydium ꝑ̄b. Resina ꝑ̄b.*

QUAL. amaricans, gummoso-refinosa.  
*Trita, eximia.*

VIS. Purgans, *crudum calcar, Resina laudabilis; Diacryd. optimum.*

USUS. Robustioribus.

COMP.  Cornach. ꝑ̄b. *Pil. cochia, Pil. Aureæ; Extract. Catholic; Extr. panch; Benedicta.*

83. CONVULVULUS Americanus Mechoacan dictus. *Raj. hist. 723.*

JETICUCU. *Marcg. bras. 41.*  
LOC. America meridionalis: Brasilia. Quito.

*Perennis, peregrinus.*  
PHARM. MECOACANNÆ Radix ꝑ̄b. *Extractum.*

QUAL. subinsipida; inodora. *Trita, eximia.*

VIS. eccoprotica, securissima, roborans.

USUS. infantibus; Oedema.

COMP.

84. CONVULVULUS foliis cordatis angulatis, caule membrano-quadrangulâri. *Fl. Zeyl. 74.*

CONVOLVULUS Zeylanicus alatus maximus. *Herm. Zeyl. 177. t. 179.*

LOC. Zeylona, Malabarâ. *Perennis, peregrinus.*

PHARM. TURPETHI Radix, *Extractum.*

QUAL.



## 176 PENTANDRIA MONOGYNIA.

QUAL. gummofa, porofa, bilocularis, inodora;  
subinfipido aromatica. *ravior, præstans.*

VIS. purgans tardiufcula.

USUS. Artritis, Hydrops, Chronici.

COMP. *Extr.* panchym; *Pil.* cochixæ, *Pil.* Agarici,

⚔ Arthetic.

85. DATURA pericarpis spinofis mutantibus glo-  
bofis. *Hort. cliff. 55. hort. Ups. 44.*

SOLANUM pomo spinofe rotundo, longo flore.  
*baub. pin. 168.*

LOC. India orientalis, Ægyptus, Palæftina.

*Annua, mansueta.*

PHARM. DATURÆ Semina.

QUAL. virofa. *Exoleta, caute.*

VIS. Stupefaciens, inebrians, phantastica.

USUS. Cancer, Ambufta, Varix ani.

COMP. *Compos.* phantastica *barthol.*

86. HYOSCYAMUS foliis amplexicaulibus. *Fl.*

*Suec. 184.*

HYOSCYAMUS vulgaris & niger. *baub. pin. 169.*

LOC. Europæ noftre ruderata.

*biennis f. annua, vulgatiffima.*

PHARM. HYOSCYAMI Radix, Herba, Se-

mina, ☉

QUAL. virofa.

*Ravior, cauta.*

VIS. inebrians, phantastica, venenata, anodyna,  
refolvens.

USUS. Hæmorrhoides.

COMP. *Philonium*, *Pil.* cynogloffæ, *Troch.* alke-  
kengi, *Ungu.* populneum.

87. NICOTIANA foliis lanceolatis. *hort. cliff. 56.*

*hort. ups. 45.*

NI-



NICOTIANA major latifolia. *Baub. pin. 169.*

LOC. America. *Annua, mansueta.*

PHARM. TABACI Herba, Pulvis,  $\circ\circ$ , Extractum  
gr. ij. Sympus  $\text{Zij}$ . Semina.

QUAL. nauseosa, venenata, virofa. *Trita, præstans.*  
VIS. anodyna, narcotica, vomitoria, errhina,  
vulneraria, resolvens.

USUS. Ulcus, Scabies, Oedema, Tuffis, Tertiana,  
Syr. Asthma, Colica, Hysteria.

COMP. ungu. Nicotiana.

88. MANDRAGORA. *Hort. cliff. 57.*

MANDRAGORA fructu rotundo. *Baub. pin. 169.*

LOC. Creta, Cyclades, Hispania, Italia.

PHARM. MANDRAGORÆ Radix, Extra-  
ctum,  $\odot$ .

QUAL. venenata. *Exoleta, caute.*

VIS. Stupefaciens, narcotica, abortiva.

USUS. Tumores Scirrholi.

COMP.

89. ATROPA. *Hort. cliff. 57. Hort. Ups. 45.*

SOLANUM maniacum multis. *Baub. hist. 3. p. 611.*

LOC. Pannonia, Austria, Anglia. *Perennis, cicur.*

PHARM. BELLADONNÆ Baccæ, Folia,  $\nabla$ .

QUAL. venenata. *Insueta, præstans, cauta.*

VIS. phantastica, paralytica, narcotica, anodyna.

USUS. Dyfenteria, Rubor, Cachoetes, Tumor  
mammarum, Fistula.

COMP.

*Belladonna* nondam recepta est inutiliter respicietur.  
officinis nostris, attamen facile &



178 PENTANDRIA MONOGYNIA.

90. VERBASCUM foliis utrinque tomentosis decurrentibus. *Fl. Sæc. 186.*

VERBASCUM maslatifolium luteum. *Baub. pin. 239.*

LOC. Europæ nostræ Sylvæ fabulosæ.

*Annua, vulgaris.*

PHARM. VERBASCI Herba, ☉, ∇. Flores.

QUAL. subodorata, fatuo-amaricans. *Ravior.*

VIS. anodyna, antispasmodica, emolliens.

USUS. Hæmoptysis, Hæmorrhagia, Proctalgia, Varix.

COMP.

91. VERBASCUM foliis cordato-oblongis petiolatis. *Fl. Sæc. 187.*

VERBASCUM nigrum, flore ex luteo purpurascente. *Baub. pin. 239.*

LOC. Europæ nostræ ruderata. *Perennis, frequens.*

PHARM. VERBASCI Radix.

QUAL. insipida, mucilaginosæ. *Ravior, dubia.*

VIS. stupefactiva, emolliens.

USUS. paronychia.

COMP.

92. LAGOECIA. *Hort. cliff. 73. upf. 52.*

CUMINUM sylvestre, capitulis globosis. *Baub. pin. 186.*

LOC. Creta, Lemnus, Galatia. *Annua, mansueta.*

PHARM. AMMIOS VETERUM Herba, Semina.

QUAL. aromatica. *Præstans, exoletæ.*

VIS. stomachica.

USUS. Anorexia.

COMP.

93. PHYSALIS caule simplici, radice annua, foliis in



integerrimis geminatis, floribus solitariis: *Hort. cliff. 62. Hort. upf. 49.*

SOLANUM vesicarium. *Baub. pin. 166.*

LOC. Danubii, Romæ Scrobes. *Perennis, cicur.*

PHARM. ALKEKENGI Herba, Bacca, ▽, Semina.

QUAL. acida.

VIS. Subanodyna, diuretica, refrigerans, ecounterotica.

USUS. Arthritis, dysuria, nephritis, Phlogosis, hydropica.

COMP.

94. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis angulatis: *Fl. Suec. 188.*

SOLANUM officinarum. *Baub. pin. 166.*

LOC. Europæ nostræ ruderata. *Annua, vulgatissima.*

PHARM. SOLANI herba, ▽.

QUAL. tetra.

*Rarior.*

VIS. anodyna, refrigerans, repellens.

USUS. Inflammatio, proctalgia, scirrhus, paronychia.

COMP.

95. SOLANUM caule perenni flexuoso, foliis superioribus hastatis: *Fl. Suec. 189.*

SOLANUM scandens vel dulcamara. *Baub. pin. 167.*

LOC. Europæ nostræ sepes humidiusculæ.

*Frutex, frequens.*

PHARM. DULCAMARÆ stipes ꝑij.

QUAL. dulc-amara, nauseosa, *Rarior, heroica.*

VIS. diluens, mundificans, diuretica, pellens.

USUS. Contusio, rheumatismus, icterus, pleuritis, asthma.

COMP. *Infus. traumaticum Full.*



96. CAPSICUM annuum. *Hort. cliff. 56. Hort. Ups. 47.*

PIPER indicum vulgatissimum. *Bauh. pin. 102.*

LOC. Brasilia, Mexico, Barbados.

*Annua, submansueta.*

PHARM. PIPERIS INDICI Fructus.

QUAL. ignea. *Culinaris Indis, eximia, ravior.*

VIS. corrosiva, inflammatoria, tussiva.

USUS. Asthma, coryza, anorexia.

COMP.

97. VITIS foliis palmato-angulatis. *Hort. cliff. 74. Hort. Ups. 50.*

VITIS vinifera. *Bauh. pin. 299.*

LOC. orbis totus temperatus. *Frutex, submansueta.*

PHARM. VITIS folia.

AGRESTÆ *Syrupus.*

PASSULÆ majores, longæ.

CORINTHIACÆ, pulpa, loboc.

VINUM album, rhenanum, rubrum.

*Spiritus, Acetum, Acetum destillatum.*

QUAL. acido dulcis.

*Trita, eximia.*

VIS. lubricans, sublaxans.

USUS. Tussis, stranguria.

COMP. *Syrup. Althææ; Syr. Erysimi; Syr. hyssopi;*

*Conf. hamech. Passulæ laxativæ.*

98. HEDERA foliis ovatis lobatisque. *Fl. lapp. 91. Suec. 190.*

HEDERA arborea. *Bauh. pin. 305.*

LOC. Europa nostra, Blakulla, Oelandia, Gotlandia, &c.

*Frutex, cicur.*

PHARM. HEDERÆ ARBOREÆ lignum, folia, resina, baccæ.

QUAL. baccæ acida.

*Ravior, præstans.*

VIS. vulnearia, sophisticans.

USUS.



U<sup>S</sup>US. Ulcera, fonticuli, atrophia, rachitis, ozæna, epiphora.  
 COMP. ungu. althææ.

99. RIBES inerme, floribus planiusculis, racemis pendulis. *Fl. Suec. 197.*

GROSSULARIA multiplici acino non spinosa hortensis rubra. *Baub. pin. 455.*

LOC. Europa, præsertim W-botnia. *Frutex, cicur.*

PHARM. RIBIUM RUBRORUM Bacca condita, *Rob.*

QUAL. acida, rubra. *culinaris, trita, præstans.*

VIS. refrigerans.

U<sup>S</sup>US. Febres phlogisticae, Sitis, Aestus.

COMP.

100. RIBES inerme, floribus oblongis. *Fl. Suec. 196.*

GROSSULARIA non spinosa, fructu nigro. *Baub. pin. 455.*

LOC. Europa, præsertim W-botnia. *Frutex, cicur.*

PHARM. RIBIUM NIGRORUM herba, bacca sicca, *Syrupus.*

QUAL. acidiuscula, singularis. *Rarior, præstans.*

VIS. diuretica.

U<sup>S</sup>US. Rabies, hydrophobia, dysenteria febrilis.

COMP.

101. VINCA foliis ovatis. *Hort. Cliff. 77. Hort.*

*Ups. 53.*

CLEMATIS daphnoides minor. *Baub. pin. 301.*

LOC. Germania, & Europa australior.

*Perennis, cicur.*

PHARM. VINCAE PERVINCAE herba.

QUAL. amara, inodora.

*Rarior, cauta.*

VIS. viridis pellens, sicca adstringens, sopificans.

M 3

U<sup>S</sup>US.

ort.

eta.

ior.

74.

eta.

hoc.

um.

nia.

pi;

91.

in-

ur.

fo-

ms.



## 182 PENTANDRIA DIGYNIA.

USUS. Laxitas.

COMP. Gargarismata.

102. NERIUM foliis ovatis acuminatis petiolatis.  
*Fl. Zeyl.* 107.CODAGA-PALA. *Rheed. mal.* 1. p. 85. t. 48.LOC. Malabaria, Zeylona. *Frutex, peregrinus.*

PHARM. PROFLUVII Cortex.

QUAL. lactescens.

VIS. acris.

USUS. Diarrhœa, dysenteria.

*ignota.*

COMP.

## DIGYNIA.

103. ASCLEPIAS caule erecto simplici herba-  
ceo, foliis cordato-lanceolatis, racemis  
conglomeratis alternis. *Fl. Suec.* 200.VINCETOXICUM. *Dod. pempt.* 407.

LOC. Europæ nostræ arida præsertim Gotlandiæ.

*Perennis, frequens.*PHARM. HIRUNDINARIÆ Radix ʒj. Her-  
ba, ʒ.

QUAL. subvenenata.

*Trita, dubia.*VIS. pellens, sudorifera, diuretica, emmenago-  
ga, expellens.

USUS. Hydrops! Variolæ.

COMP.

104. HERNIARIA calycibus bractea nudis. *Fl.*  
*Suec.* 207.POLYGONUM minus s. Herniaria major. *Baub.*  
*pin.* 281.

LOC. Europæ nostræ colles.

*Perennis, frequens.*

PHARM. HERNIARIÆ Herba.

QUAL.



PENTANDRIA DIGYNIA. 183

QUAL. inodora, insipida. *Exfoleta, dubia.*  
 VIS. adstringens, diuretica?  
 USUS. Scotomia, ophthalmia? hernia? hydrops?  
 COMP.

105. ULMUS foliis inæqualiter ferratis. *Fl. Suec. 219.*

ULMUS campestris & theophrasti. *Baub. pin. 386.*  
 LOC. Europæ nostræ pagi. *Arbor, frequens.*

PHARM. ULMI Cortex medius.

QUAL. flavescens. *Usitata.*

VIS. adstringens, vulneraria.

USUS. Ascites.

COMP.

106. CHENOPODIUM foliis triangulari-sagittatis integerrimis. *Fl. Suec. 208.*

LAPATHUM unctuosum, folio triangulo. *Baub. pin. 115.*

LOC. Europæ nostræ ruderata. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. BONI HENRICI Herba.

QUAL. oleracea. *Rarior.*

VIS. refrigerans, humectans, vulneraria.

USUS. Oedema, varix ani, podagra, pleuritis.

COMP.

107. CHENOPODIUM foliis cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis compositis subnudis caule brevioribus. *Fl. Suec. 210.*

ATRIPLEX Sylvestris latifolia. *Baub. pin. 119.*

LOC. Europæ ruderata, nobis Stockholmia.

*Annua passim.*

PHARM. ATRIPLICIS SYLVESTRIS Herba.

QUAL. cruda. *Exoleta.*

VIS. dubia.

M 4

USUS.



## 184 PENTANDRIA DIGYNIA?

USUS. incertus, suisibus?

COMP.

108. CHENOPODIUM foliis integerrimis rhombico-ovatis. *Fl. Suec. 119.*ATRIPLEX foetida. *Bauh. pin. 119.*LOC. Europæ culta, nobis Lundini, *Annua, cicur.*PHARM. VULVARIÆ Herba, *Conserua.*

QUAL. hircina.

*Inusitata, præstans.*

VIS. aphrodisiaca?

USUS. Hysteria.

COMP.

109. CHENOPODIUM foliis oblongis dentato-sinuatis, racemis nudis multifidis. *Hort. cliff. 84.**Upl. 55.*BOTRYS ambrosioides vulgaris. *Bauh. pin. 138.*LOC. Calabria, Etruria, Narbona. *Annua, cicur.*

PHARM. BOTRYOS Herba, Semina.

QUAL. suaveolens, fragrans.

*Rarior, præstans.*

VIS. subinebrians, resolvens, carminativa.

USUS. Phthisis, orthopncea, tussis convulsiva.

COMP.

## 110. GENTIANA corollis rotatis verticillatis.

*Hall. belv. 479. quæ Fl. Suec. 432.*GENTIANA major lutea. *Bauh. pin. 187.*LOC. Alpes Helveticæ, Norvegica. *Perennis, mansu.*PHARM. GENTIANÆ RÛBRÆ Radix, *Essentia.*

QUAL. amarissima, lutea.

*Trita, præstans.*

VIS. tonica, stomachica, anthelmintica.

USUS. Cachexia, icterus, Febr. intermittens, podagra, calculus.

COMP. Andromach; Diatesfar; Mithridat; Diafcord; Orvietan; *Acet. Theriacal.*

111. GEN-



III. GENTIANA corollis hypocrateriformibus ;  
fauce barbatis. *Fl. Suec.* 203.

GENTIANA pratensis, flore lanuginoso. *Bauh.*  
*pin.* 188.

LOC. Europæ nostræ prata sicca. *Annua vulgaris.*

PHARM. GENTIANELLÆ Herba. †

QUALIT. Amara.

VIS. Tonica.

USUS. Pleuritis, Tertianæ.

COMP.

II2. GENTIANA corollis infundibuliformibus quin-  
quefidis, foliis lineari-lanceolatis, caule dichoto-  
mo. *Fl. Suec.* 205.

CENTAURIUM minus. *Bauh. pin.* 81.

LOC. Europæ nostræ maritima. *Annua, vulgaris.*

PHARM. CENTAURII MINORIS Herba,

*Extractum*, ∇, ☞; ⊖ Flores, *Conserua.*

QUAL. Amarissima.

*Trita, prestans.*

VIS. Tonica, stomachica.

USUS. Cachexia. Icterus, Tertianæ, Podagra.

COMP. Andromach; *Acet. teriacal.*

II3. BETA. *Hort. cliff.* 83. *Hort. Ups.* 56.

α BETA rubra vulgaris. *Bauh. pin.* 118.

LOC. maritimus Europæ australioris.

*Biennis, subcicur.*

PHARM. BETÆ RUBRÆ Herba.

β BETA alba s. pallescens: Cicla officinarum. *Bauh.*  
*pin.* 118.

LOC. Maritimus Europæ australioris.

*Annua, subcicur.*

PHARM. BETÆ ALBÆ Herba, *Succus.*

QUAL. Aquosa.

*Culinaris, exoleta.*

VIS.



186 PENTANDRIA DIGYNIA.

VIS. Errhina Rd. succ. (Succus emolliens?) Suppositoria.

USUS. Ophthalmia, Coryza Sicca, Cephalalgia.

COMP.

114. ERYNGIUM foliis radicalibus pinnato-tripartitis dentatis. Hort. Cliff. 87.

ERYNGIUM vulgare. Bauh. pin. 386.

LOC. Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ campi ficci.

Perennis, mansueta.

PHARM. ERYNGII Radix condita. Herba.

QUAL. Subaromatico-aquosa. Rarior.

VIS. Diuretica, emmenagoga, aphrodisiaca.

USUS. Apoximeron, Calculus.

COMP. Radices V. aperientes minores,

115. SANICULA foliis radicalibus simplicibus, flosculis omnibus sessilibus. Fl. Suec. 222.

SANICULA officinarum. Bauh. pin. 319.

LOC. Europæ nostræ Sylvæ umbrosæ.

Perennis, frequens.

PHARM. SANICULÆ Herba.

QUAL. Subinsipida, inodora. Trita,

VIS. Resolvens, adstringens,

USUS. Vulnera.

COMP.

116. PANAX foliis ternis quinatis.

AURELIANA canadensis, Sinensibus Ginseng. Latif. gins. I.

LOC. Canada, Tartaria, inter gr. 39. 47.

Perennis, mansueta.

PHARM. GINSENG Radix ꝰj.

QUAL. Aromatica. Rarior, pretiosa.

VIS. Cordialis, analeptica.

USUS.



USUS. Apoximeron, Debilitas, Marasmus.  
COMP.

117. SIUM folio infimo cordato, caulinis ternatis :  
omnibus crenatis. *Gron. Virg. 31?*

SISARUM montanum coræense, radice non tube-  
rosa. *Kæmpf. amœn. 817. t. 818.*

LOC. Japonia.

*Perennis.*

PHARM. NINSI Radix.

QUAL. Subdulcis, amaricans, suavis, aromatica,  
flavescens. *Ravior, pretiosa.*

VIS. Analeptica, impinguans, cordialis.

USUS. Apoximeron, Debilitas, Marasmus, Se-  
nectus?

COMP.

118. FERULA foliolis alternatim sinuatis obtusis.  
ASSA foetida disigenensis umbellifera levistico af-  
finis. *Kæmpf. amœn. 535. t. 536.*

LOC. Persia.

*Perennis, peregrina.*

PHARM. ASSÆ FOETIDÆ Gummi.

QUAL. Gummi-Resina, foetida. *Trita, eximia.*

VIS. Alexiteria, carminativa, emmenagoga, an-  
thelmintica.

USUS. Sphacelus, Hysteria.

COMP. *Troch. myrræ, Empl. matricale.*

119. LIGUSTICUM foliis multiplicibus : foliolis  
superne incis. *Hort. cliff. 97. Ups. 62.*

LIGUSTICUM vulgare. *Baub. pin. 157.*

LOC. Alpes Baldæ, Apenninæ. *Perennis, cicur.*

PHARM. LEVISTICI Radix, Herba, Semi-  
na, oo.

QUAL. Foetida, acris,

VIS. Alexiteria, pellens, carminativa, emme-  
nagoga.

USUS.



188 PENTANDRIA DIGYNIA.

USUS. Hysteria.

COMP. Syr. Artemisiæ.

120. ANGELICA foliorum impari lobato. *Fl. lapp.*

*101. Suec. 233.*

LOC. Alpes præsertim Lapponicæ. *Biennis, cicur.*

PHARM. ANGELICÆ SATIVÆ Radix, ∇;

Herba; Semina, ☞, ☉, Balsamus, Extractum.

QUAL. Calida, acris, amara, fragrans.

*Trita, præstans.*

VIS. Alexiteria, resolvens, Sudorifera, carminativa, emmenagoga.

USUS. Phlogoses exanthematicæ, Scelotyrbe.

COMP. Orvietanum.

121. ANGELICA foliolis æqualibus ovato-lanceolatis serratis. *Fl. Suec. 234.*

ANGELICA sylvestris major. *Bauh. pin. 155.*

LOC. Europæ nostræ nemora paludosa.

*Perennis, vulgaris.*

PHARM. ANGELICÆ SYLVESTRIS Radix.

QUAL. Præcedentis, sed debilior. *Exoleta.*

VIS. Præcedenti Similis in non omnibus.

USUS. Hysteria.

COMP.

122. IMPERATORIA. *Hort. cliff. 103. Ups. 65.*

OSTRUTIUM. *Dod. pempt. 514.*

LOC. Ananiæ Austriaci montes. *Perennis, cicur.*

PHARM. IMPERATORIÆ Radix.

QUAL. Calida, acris.

*Trita, præstans.*

VIS. Apophlegmatifans, carminativa, sudorifera, emmenagoga.

USUS. Flatulentia, Hysteria, Colica, Serpigo, Sterilitas; Tertianæ, Paralyfis.

COMP. Orvietanum; *Acet. theriacale.*

123.



123. LASERPITIUM foliolis cordatis incis. Fl.

*Suec.* 230.

LIBANOTIS latifolia altera f. vulgatiore. *Baub.*

*pin.* 157.

LOC. Europæ nostræ prata arida.

*Perennis, vulgaris.*

PHARM. GENTIANÆ ALBÆ Radix.

QUAL. Acris, calida.

*Rarior, præstans.*

VIS. resolvens, diuretica; emmenagoga, stomachica.

USUS.

COMP.

124. LASERPITIUM foliolis lanceolatis integerrimis petiolatis. *Hort. cliff.* 96.

LIGUSTICUM quod Sefeli officinarum. *Baub. pin.*

162.

LOC. Helvetiæ, Austriæ, Pifæ montes. *rarior.*

PHARM. SILERIS MONTANI Semina.

QUAL. cumini odore & sapore remissiore. *Exoleta.*

VIS. Carminativa, diuretica, emmenagoga.

USUS. Colica lochialis.

COMP. *Elect.* lauri.

125. PIMPINELLA foliolis subrotundis. Fl. *Suec.*

246.

PIMPINELLA saxifraga major altera. *Baub. pin.*

160.

LOC. Europæ nostræ campi.

*Perennis, vulgarissima.*

PHARM. PIMPINELLÆ NOSTRATIS Radix,

*Conserua, Essentia, ∇; Herba, Semina.*

QUAL. Acerrima, calida.

*Trita, præstans, Stabliana.*

VIS. Emmenagoga.

USUS.



190 PENTANDRIA DIGYNIA.

Usus. Coryza, Dyspnœa, Hysteria.

COMP.

126. PEUCEDANUM foliis quintuplicato-tripar-  
titis lineari-subulatis integerrimis. Hort. cliff. 93.

PEUCEDANUM germanicum. Bauh. pin. 149.

Loc. Gallia, Angliæ, Germaniæ prata.

Perennis, cicur.

PHARM. PEUCEDANI Radix.

QUALIT. Calida.

Exoleta.

VIS. Resolvens, nervina, thoracica, diuretica.

USUS. Ulcera, Odontalgia, Sopores, Hemicrania?

COMP.

127. APIUM foliis caulinis linearibus. Hort. cliff.  
108. Hort. Ups. 67.

APIUM hortense s. Petroselinum vulgo. Bauh. pin.  
153.

Loc. Sardinia.

Biennis, oleracea, cicur.

PHAR. PETROSELINI Radix; Herba, ▽; Se-  
mina, ∞.

QUAL. Culinaris.

Præstans.

VIS. Resolvens, emmenagoga.

USUS. Contusio, Ablactatio, Pediculi.

COMP. Syr. V. radicum; Syr. hyssopi.

128. APIUM foliis caulinis cuneiformibus. Fl. Suet.  
248.

APIUM palustre s. Apium officinarum. Bauh. pin.  
154.

Loc. Europæ paludes, nobis Scania.

Biennis, cicur.

PHARM. APII Radix, Herba, Semina.

QUALIT. Culinaris, suspecta.

Ravior.

VIS. Antifebrilis, carminativa, sudorifera, diure-  
tica, emmenagoga.

USUS.



USUS. Noxia Apoplecticis, Epilepticis, Vertiginosis, Caliginosis, Pediculis.

COMP. Sem. IV. calida minora; Radices V. aperientes majores; Syr. V. radicum; Syr. hyssopi, Pil. aureæ.

129. CICUTA. Fl. Suec. 239.

SIUM erucæ folio. Bauh. pin. 154.

LOC. Europæ nostræ Paludes. Perennis, vulgaris.

PHARM. CICUTÆ Herba.

QUAL. Venenatissima. Rarior, cauta.

VIS. Repellens.

USUS. Scirrhus, Cancer? Lienis infarctus, Herpes.

COMP. Empl. cicutæ.

130. PASTINACA foliis simpliciter pinnatis. Hort.

cliff. 105. Ups. 66.

PASTINACA sylvestris latifolia. Bauh. pin. 155.

LOC. Europa. Biennis, cicur, oleracea.

PHARM. PASTINACÆ Radix, Semina.

QUAL. Esculenta. Culinaria, exoleta.

VIS. Nutriens, flatulenta, aphrodisiaca.

USUS. Tertianæ.

COMP.

131. PASTINACA foliis decomposito-pinnatis.

Hort. cliff. 105.

PANAX copticum. Bauh. pin. 156.

LOC. Galloprovincia, Italia, Sicilia.

Perennis, subcicur.

PHARM. OPOPANACIS Gummi.

QUAL. Gummi-resina amara, acris graveolens, intus flavescens, extus rufescens. Rarior.

VIS. Nervina, eccoprotica, carminativa, emmenagoga.

USUS.



192 PENTANDRIA DIGYNIA:

USUS. Tuffis senilis, Asthma humorale, Paralyfis.

COMP. Andromach; Mitridat; *Hiera colocynth*; *Troch. myrrhæ*, *Ung. apostolorum*, *Empl. mucilaginosum*, *Empl. Stypticum*, *Empl. manus Dei*, *Pilula foetida*.

132. BUBON foliis rhombeis serratis glabris, umbellis paucis. *Hort. cliff. 96.*

ANISUM africanum fruticescens, folio anisi, galbanifera. *Pluk. alm. 31. 1. 12. f. 2.*

LOC. Æthiopia. *Perennis, submansueta.*

PHARM. GALBANI Gummi commune, *depuratum*, *Essentia*,  $\infty$ .

QUALIT. Resina graveolens, calida.

*Trita, præstans.*

VIS. Maturans.

USUS. Hysteria.

COMP. Andromach; Mithridat; *Diascordium*; *Ung. apostol*; *Ung. althææ*; *Empl. galban*; *Empl. diachy. gummof*; *Empl. mucilagin*; *Emp. diaphoret*; *Empl. oxycroceum*; *Empl. Stypticum*.

133. BUBON foliis rhomboideo-ovatis crenatis, umbellis numerosissimis. *Hort. cliff. 95. Usf. 62.*

APIUM macedonicum. *Bauh. pin. 154. non Smyrnum.*

LOC. Macedonia? per Smyrnam.

*Perennis, mansueta.*

PHARM. PETROSELINI MACEDONICI Semina.

QUAL. Suaveolens.

*Ravior.*

VIS. Carminativa, diuretica, emmenagoga.

USUS.

COMP. Andromach.

134.



134. CHÆROPHYLLUM feminibus lævibus nitidis, petiolis ramiferis simplicibus. *Fl. Suec.* 242.

MYRRHIS sylvestris, feminibus lævibus. *Bauh. pin.* 160.

Loc. Europæ nostræ pagi, & pomaria. *Perennis, vulgatissima.*

PHARM. CICUTARIÆ Herba. *QUAL. Amariçans, subodorata. Exoleta.*

VIS. Subvenenata? dubia.

USUS. Gangrana.

COMP.

135. CORIANDRUM fructibus globosis. *Hort. cliff.* 100. *Ups.* 63.

CORIANDRUM majas. *Bauh. pin.* 152.

Loc. Europæ agri. *Annua, cicur.*

PHARM. CORIANDRI Semina, *Confectio.*

QUAL. fœtida, suspecta. *Culinaris, rarior.*

VIS. Stomachica, carminativa.

USUS. Hysteria. Tertianæ.

COMP.

136. BUPLEURUM involucro universali nullo, foliis perfoliatis. *Hort. Upsal.* 64.

PERFOLIATA vulgarissima s. arvensis. *Bauh. pin.* 277.

Loc. Europæ australioris agri. *Annua, cicur.*

PHARM. PERFOLIATÆ Herba, Semina.

QUAL. Subaromatica. *Exoleta, dubia.*

VIS. Subadstringens, vulneraria.

USUS. Hernia?

COMP.

137. SCANDIX feminibus nitidis ovato-subulatis. *Fl. Suec.* 242.

*Mat. Med. Contracta.* N CHÆ-



## 194 PENTANDRIA DICYNIA:

CHÆROPHYLLUM sativum. *Bauh. pin. 152.*  
 LOC. Europæ agri. *Semestris, cicur.*  
 PHARM. CEREFOLII Herba, *Aqua; Semina.*  
 QUAL. Oleacea; aromatica. *Culinaris; usitata.*  
 VIS. Antiphlogistica; ditretica; lactifera.  
 USUS. Hydrops; Vertigo.  
 COMP.

138. CARUM. *Fl. Suec. 245.*  
 CUMINUM pratense, Carvi officinarum. *Bauh. pin. 158.*

LOC. Europæ nostræ prata. *Biennis, vulgaris.*  
 PHARM. CARVI Semina, *Confectio, ∇, ☉, ☽.*  
 QUAL. Calida, olida. *Culinaris, præstans.*  
 VIS. Resolvens; carminativa.  
 USUS. Colica, Tertiana.  
 COMP. *Sem. IV. frigida majora; Elect. lauri.*

## 139. CUMINUM.

CUMINUM semine longiore. *Bauh. pin. 146.*  
 LOC. Melita præsertim feritur. *Annua, submansueta;*  
 PHARM. CYMINI Semina, *∇, Spirit. ☉.*  
 QUALIT. Graveolens. *Ravior, præstans.*  
 VIS. Carminativa; diuretica; emmenagoga.  
 USUS. Hysteria, Flatulentia, Tympanites.  
 COMP. *Sem. IV. calida majora.*

140. SISON foliolis subcapillaribus. *Hort. Ups. 63.*  
 AMMI parvum, foliis fœniculi. *Bauh. pin. 159.*  
 LOC. Apulia. *Annua, submansueta.*  
 PHARM. AMMIOS VERI Semina.  
 QUAL. Suaveolens. *Ravior, præstans.*  
 VIS. Sudorifera.  
 USUS. Sterilitas.  
 COMP. *Sem. IV. calida minora; Andromach.*

141.



141. ANISUM foliis radicalibus simplicibus. Hort. cliff. 107. Hort. Ups. 67.

ANISUM herbariis. Bauh. pin. 159.

LOC. Syria; Ægyptus. *Annua; mansueta.*

PHARM. ANISI Semina, ∇; Spirit. 9.

QUAL. Suaveolens. *Culinaris; usitata.*

VIS. Resolvens Sanguinem & lac; becchica; carminativa.

USUS. Tormina; Tuffis.

COMP. Sem. IV. calida majora; Pil. aurea; Conf. hamech; Bals.  $\text{✠}$  ris anisatus.

142. DAUCUS feminibus hispida; Hort. cliff. 89. Fl. Suec. 223.

PASTINACA tenuifolia sylvestris; dioscoridis & officinarum; Bauh. pin. 151.

PASTINACA tenuifolia Sativa; radice lutea. Bauh. pin. 151.

LOC. Europæ nostræ campi. *Biennis; cicur.*

PHARM. DAUCI SYLVESTRIS Semina.

SATIVI Semina.

QUAL. Aromatica; fragrans. *Rarior.*

VIS. Carminativa; diuretica; emmenagoga.

USUS. Stranguria; Calculus.

COMP. Sem. IV. calida minora.

143. ATHAMANTA foliolis linearibus planis hirsutis; petalis bipartitis; seminibus oblongis hirsutis.

LIBANOTIS foliis tenuissime pinnatis; laciniis petiolatis. Hal. Helv. 451.

LOC. Alpes Helveticae. *Perennis; cicur.*

PHARM. DAUCI CRETICI Semina.

QUAL. Aromatica; acris. *Rarior.*

VIS. Carminativa; diuretica; emmenagoga.

N 2 USUS.



USUS Flatulentia, Tuffis, Calculus.

COMP. Andromach; Mithridat; Philonium; *Elof.*  
lauri.

144. ATHAMANTA foliolis capillaribus, seminibus glabris striatis. *Hort. clif. 93. Hort. Ups. 60.*

MEUM foliis anethi. *Baub. pin. 148.*

LOC. Alpes Italiae, Galliae, Helvetiae. *Perennis, cicur.*

PHARM. MEUM Radix.

QUALIT. Calida, aromatica.

VIS. Carminativa, diuretica, emmenagoga.

USUS. Tertiana, Asthma, Leucorrhoea.

COMP. Andromach; Mithridat.

145. TORDYLIUM involucris partialibus longitudine petalorum, foliolis ovatis laciniatis. *Hort. clif. 90. Hort. Ups. 58.*

SESELI creticum minus. *Baub. pin. 161.*

LOC. Monspelii, Romae, Messanae. *Annua, cicur.*

PHARM. SESELI CRETICI Semina.

QUAL. Debilis. *Exoleta.*

VIS. Diuretica.

USUS.

COMP. Andromach.

146. ANETUM fructu ovato. *Hort. clif. 106. Hort. Ups. 66.*

FOENICULUM vulgare germanicum. *Baub. pin. 147.*

LOC. Gallia. *Bienne, mansuetum.*

PHARM. FOENICULI Radix, Herba,  $\nabla$  herb.

Semina, Confectio,  $\nabla$  sem.  $\curvearrowright$ .

QUAL. Subdulcis aromatica.

VIS. Resolvens, pellens, carminativa, galactophora, *Culinaris, trita, praestans.*

USUS.



Usus. Ophthalmia, Vomitus.

COMP. *Sem.* IV. calida majora, *Rad.* V. aperientes majores, *Syr.* V. radicum, Andromach, Mithridat, Philonium, Diaphœniceum, Benedicta. *Syr.* artemisiæ; *Syr.* Prasii; *Syr.* hyssopi. *Pil.* aureæ; Hamech.

147. ANETHUM fructu compresso. *Hort. clif.* 106. *Hort. Ups.* 66.

ANETHUM hortense. *Bauh. pin.* 147.

LOC. Hispania, Lusitania. *Annum, cicur.*

PHARM. ANETHI Herba, ▽, ☉, Flores, Semina, ♂.

QUAL. Subscetida. *Culinaris, trita, præstans.*

VIS. Hypnoctica, lactifera, carminativa.

Usus. Pervigilium, Singultus, Colica, Vomitus.

COMP. *Flores* IV. Carminantes. *Empl. ranarum* ♀ le, *Empl. mucilag.*

TRIGYNIA.

148. SAMBUCUS caule arboreo ramofo, floribus umbellatis. *Fl. Suec.* 250.

SAMBUCUS fructu in umbella nigro. *Bauh. pin.* 456.

LOC. Europa, nobis Scania, Oelandia. *Arbor, cicur.*

PHARM. SAMBUCI Cortex interior, Folia, Flores, *Conserua*, ▽, ♀, ✕, Bacca, Rob, ♂; Semina, ☉.

QUAL. Graveolens, subnauseosa. *Trita, eximia.*

VIS. Subnarcotica, pellens alvum, sudorem, urinam, lac.

Usus. Erysipelas. *Fl. Rob;* Dysenteria. *Bacc.;*

*Hydrops Cort.*

COMP. *Spec. Cataplasmate.*



149. **SAMBUCUS** caule herbaceo simplicissimo :  
*Fl. Suec.* 251.  
**SAMBUCUS** humilis f. **Ebulus**. *Baub. pin.* 456.  
**LOC.** Europa, nobis Calmaria. *Pevennis, cicur.*  
**PHARM.** **EBULI** Radix, Cortex interior, Folia,  
 Flores, Bacca, *Rob*, Semina.  
**QUAL.** Nauseosa, graveolens.  
*Ravior, eximia, cauta.*  
**VIS.** Subnarcotica, drastica, pellens.  
**USUS.** Hydrops, Leucorrhœa, Scabies.  
**COMP.** *Extr.* Panchymagog, *Empl.* Ranar. ♀ le.
150. **RHUS** foliis pinnatis ferratis (subtus villosis),  
*Hort. cliff.* 110. *Ups.* 68.  
**RHUS** folio ulmi. *Baub. pin.* 414.  
**LOC.** Gallia, Italia. *Arbor mansueta.*  
**PHARM.** **SUMACH** Flores, Semina.  
**QUAL.** Subvenenata, austera. *Ravior, cauta.*  
**VIS.** Adstringens, refrigerans.  
**USUS.** Diarrhœa, Dysenteria, Scelotyrbe, Rhagas.  
**COMP.**
151. **RHUS** foliis pinnatis integerrimis (petiolo integro). *Hort. cliff.* 110. *Hort. Ups.* 68.  
**SITZ** vel Sitz-diu. *Kampf. amœn.* 791. t. 792.  
**LOC.** Japoniæ, Virginæ paludosa. *Arbor mansueta.*  
**PHARM.** **VERNICIS** Refina. ☉  
**QUAL.** Venenata. *Externa.*  
**VIS.**  
**USUS.** Hæmorrhœis.  
**COMP.** *Ungu.* Martiatum.
152. **RHUS** foliis pinnatis, petiolo membranaceo  
 articulato, *Roy. Lugdb.* 244.

RHOI



PENTANDRIA TRIGYNIA, 199

RHOI obsoniorum similis americana non serrata,  
rachi media alata. *Pluk. phyt. 56, f. 1.*

LOC. Virginia. *Arbor mansueta.*

PHARM. COPAL Resina.

QUAL. *Exoleta.*

VIS.

USUS.

COMP.

153. CASSINE. *Hort. cliff. 72.*

CASSINE vera perquam similis arbuscula, philly-  
rea foliis antagonistis. *Pluk. mant. 40. t. 371.*  
*f. 3. ?*

LOC. Æthiopia, Carolina. *Arbor mansueta.*

PHARM. PERAGUÆ Folia.

QUAL.

VIS. Vomitoria, purgans.

USUS. Diabetes ! Colica calculosa !

COMP.

PERAGUAM alii pro Specie *Clerodendri* habent.

154. TAMARIX pedunculis nudis, floribus pen-  
tandris. *Hort. cliff. III. Hort. Ups. 69.*

TAMARIX altera s. folio tenuiore, gallica. *Bauh.*  
*pin. 485.*

LOC. Gallia, Hispania, Italia. *Arbor mansueta.*

PHARM. TAMARISCI Cortex (radix), Li-  
gnum, Folia.

QUAL. Auster. *usitata.*

VIS. Adstringens, obstipans.

USUS. Hypochondriasis, Scelotyrbe, Epiphora,  
Profluvia.

COMP.



## TETRAGYNIA.

155. **PARNASSIA.** *Fl. Suec.* 252.  
 GRAMEN parnassi, flore albo simplici.  
*Bauh. pin.* 309.  
 Loc. Europæ nostræ prata subhumida.  
*Perennis, vulgarissima.*  
 PHARM. HEPATICÆ ALBÆ Herba, Flores.  
 QUAL. Amara. *Exoleta, dubia.*  
 VIS. Incerta.  
 USUS. Ignotus.  
 COMP.

## PENTAGYNIA.

156. **LINUM** foliis alternis lanceolatis integerrimis, calycibus acuminatis angulatis, capsulis mucronatis. *Hort. Ups.* 71.  
 LINUM Sativum. *Bauh. pin.* 214.  
 Loc. Pannonia, Hispania. *Annua, cicur, cerealis.*  
 PHARM. LINI SATIVI Semina, ☉.  
 QUAL. Pinguis. *Trita.*  
 VIS. Relaxans, emolliens.  
 USUS. Arthritis, Calculus, Colica.  
 COMP.
157. **LINUM** foliis oppositis ovato-lanceolatis, petalis acutis. *Fl. Suec.* 255.  
 LINUM pratense, flosculis exiguis. *Bauh. pin.* 214.  
 Loc. Europæ nostræ pascua humidiuscula.  
*Annua, vulgaris.*  
 PHARM. LINI CATHARTICI Herba.  
 QUAL. *Ravior, præstans.*  
 VIS.



Vis. purgans,  
 Usus. Nephritis.  
 Comp.

158. DROSERA scapis radicatis, foliis orbiculatis  
 s. oblongis. *Fl. Suec.* 257, 258.

ROS folis folio rotundo s. oblongo. *Baub. pin.* 357.

Loc. Europæ nostræ paludes. *Biennis, vulgaris.*

PHARM. RORIS SOLIS Herba.

QUAL. acris. *Exoleta, dubia.*

Vis. corrosiva, suspecta.

Usus. dubius.

Comp.

159. STATICÆ caule nudo ramoso, *Fl. Suec.*  
 254. an?

LIMONIUM maritimum majus. *Baub. pin.* 192.

Loc. Arabia. *Dubia planta.*

PHARM. BEHEN RUBRI Radix.

QUAL. *exoleta*

Vis. corroborans.

Usus. Debilitas, Hemorrhagia.

Comp. composita Arabum.





CLASSIS VI.  
HEXANDRIA  
MONOGYNIA.

160. **A**LOE foliis spinosis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis. *Hort. Cliff. 131. Hort. Ups. 86.*

α ALOE vulgaris. *Bauh. pin. 386. Kadanaku. Rheed. mal. II. p. 7. t. 3.*

Loc. China, *Perennis, submansueta.*

PHARM. ALOES HEPATICÆ *ʒij. lotæ ʒj. Tinctura, Extractum ʒʒ.*

β ALOE americana, ananæ floribus flavo-rubentibus. *Pluk. alm. 19. t. 240. f. 4.*

Loc. Barbados. *Perennis, submansueta.*

PHARM. ALOES SUCCOTRINÆ.

γ ALOE guineensis caballina vulgari similis tota maculata. *Comm. præl. 40.*

Loc. Guinea, *Perennis, submansueta.*

PHARM. ALOES CABALLINÆ.

QUAL. amarissima, *γ. rara. α. β. trita, heroica.*

VIS. purgans, calefaciens, pellens, anthelmintica,

USUS. Obstructiones, Icterus.

COMP. *Aloe rosata. Aloe violata. Elix. proprietatis c. † vel c. A ʒj. Pil. ammoniacæ, cochix, polycrestæ, capitales, fancofurtens. ruffi, succin, Stahlianæ Gr. XV. Sine quibus. Extract. pan-chymag. Hieræ picra, Ungu. arthanit. Empl. sticticum.*

161. ACORUS. *Fl. Suec. 277. Fl. Zeyl. 132.*

α ACORUS verus s. Calamus aromaticus officinarum. *Bauh. pin. 34.*

Loc.



HEXANDRIA MONOGYNIA. 203

LOC. Europæ nostræ paludes. *Perennis, cicur,*

PHARM. CALAMI VULGARIS Radix, *condita, Extractum, ∇. Spir.*

β ACORUS verus s. Calamus aromaticus radice tenuiore. *Herm. lugdb. 9.*

LOC. India orientalis, Brasilia. *Perenn. Peregr.*

PHARM. ACORI VERI Radix.

QUAL. aromatica, acris, amaricans, fragrans.

*Usitata, præstans,*

VIS. alexiteria, calefaciens, pellens, stomachica.

USUS. Anorexia, Febres exanthematicæ malignæ, Vertigo.

COMP. Andromach. Mithridat. Orvietan. *Elect. lauri, Troch. acori, Troch. capparidis.*

162. SCILLA radice tunicata. *Hort. cliff. 123, upf. 89.*

SCILLA vulgaris, radice rubra. *Baub. pin. 73.*

LOC. Hispaniæ, Sicilia, Syriæ arenosa littora.

*Perennis, submansueta,*

PHARM. SQUILLÆ Radix, *Acetum.*

QUAL. inodora, acris, amara, *cruda corrosiva.*

*Trita, heroica,*

VIS. attenuans, incidens,

USUS. Asthma, tussis ferina, cachexia, icterus, sopores.

COMP. Andromach; *Oxymel, Scilliticum.*

163. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbella globosa, filamentis simplicibus corolla longioribus, *quod Hall. Helv. 298. n. 5.*

ALLIUM montanum latifoli-maculatum. *Baub. pin. 74.*

LOC. Alpes Helveticæ. *Perennis, submansueta.*

PHARM. VICTORIALIS LONGÆ Radix.

QUAL. graveolens, fragrans,

*exoleta,*

VIS.



## 204 HEXANDRIA MONOGYNIA.

VIS. Allii 164.

USUS. superstitiosus, magicus.

COMP. Amuletis.

VICTORIALIS LONGÆ *tindrasco, bulbo setis obtusilato.*  
 defectu substitui potest ALLIUM *Fl. Succ. 263.*  
*foliis lanceolatis, scapo nudo semicy*

164. ALLIUM caule planifolio bulbifero, radice  
 composita, staminibus tricuspидatis. Hort.  
*Upsf. 76.*

ALLIUM sativum. *Baub. pin. 73.*LOC. Sicilia. *Perennis, cicur, oleracea.*PHARM. ALLII Radix,  $\nabla$ .  $\dagger$ .QUAL. graveolens, fragrans, acris, subcaustica.  
*culinaris, praestans.*VIS. excitans, transpirans, maturans, anthelmin-  
 tica, alexiteria, diuretica.

USUS. Hysteria, hydrops, calculus, tussis.

COMP. Oxymel. alliatum,

165. ALLIUM caule planifolio umbellifero, radice  
 tunicata, staminibus tricuspидatis. Hort. *Upsf. 77.*

PORRUM commune capitatum. *Baub. pin. 72.*LOC. *Biennis, cicur, oleracea.*

PHARM. PORRI Semina.

QUAL. graveolens, fragrans, acris.

VIS. Calefaciens, emmenagoga, *Exoleta, culinaris.*  
 diuretica.

USUS. Calculus.

COMP.

166. ALLIUM scapo nudo inferne ventricoso lon-  
 gioro, foliis teretibus. Hort. *upsf. 77.*

CEPA vulgaris. *Baub. pin. 71.*LOC. *biennis, cicur, oleracea.*

PHARM.



PHARM. CEPÆ Radix.

QUAL. graveolens, fragrans, acris.

*Culinaris, præstans.*

VIS. maturans, diuretica, flatulenta, aphrodisi-  
ca, alexiteria, anthelmintica.

USUS. Hæmorrhagia, calculus, otalgia, bubo,  
usta, cophosis, hæmorrhoids.

COMP.


167. CONVALLARIA scapo nudo. *Fl. Suec. 273.*

LILIUM convallum album. *Baub. pin. 304.*

LOC. Europæ præsertim Sveciæ præta dura.

*Perennis, vulgaris.*

PHARM. LILII CONVALLII Flores, *Conserva,*

∇. Spir. 

QUAL. fragrans, amara, acris, nauseosa, virosa.  
*usitata.*

VIS. suspecta, nervina, errhina, resolvens.

USUS. Epilepsia, apoplexia, coryza, epiphora.

COMP. Spir. embryon; Aqu. Hirund.

168. CONVALLARIA foliis alternis, peduncu-

lis axillaribus unifloris. *Fl. Suec. 274. c.*

POLYGONATUM latifolium vulgare. *Baub. pin. 303.*

LOC. Europæ nostræ præcipitia montium.

*Perennis, vulgaris.*

PHARM. SIGILLI SALOMONIS Radix.

QUAL. fatua.

*Ekoleta, dubia.*

VIS. Cosmetica? vulneraria.

USUS.

COMP.

169. ASPARAGUS caule herbaceo erecto, foliis  
fetaceis. *Fl. Suec. 272.*

ASPARAGUS sylvestris, tenuissimo folio. *Baub.  
pin. 490.*

LOC.



## 206 HEXANDRIA MONOGYNIA.

LOC. Europæ australioris, nostræque Scaniae arenosa.  
*Perennis, cicur.*

PHARM. ASPARAGI Radix; Semina.

QUAL. subdulcis; inodora. *Culinaris, usitata.*

VIS. diluens; diuretica; urina foetida; aphrodisiaca.

USUS. Calculus?

COMP. Rad. V. aperientes majores; Syr. Althæa.

170. BERBERIS pedunculis racemosis. *Fl. Suec. 290.*

BERBERIS dumetorum. *Baub. pin. 454.*

LOC. Europæ nostræ sylvæ. *Frutex, cicur.*

PHARM. BERBERIDIS, Cortex, Baccæ, conditæ, Succus, Syrupus, Rotulæ, Semen.

QUAL. Baccar. acidissima; Cort. flava, amara.

*præstans.*

VIS. refrigerans; antiputredinosa; tonica; Cort. tinctoria; purgans.

USUS. Febres putridæ; Cholera; Icterus; Leucorrhœa.

COMP.

171. CORDIA foliis subovatis ferrato-dentatis.  
*Hort. cliff. 63.*

SEBESTEN officinarum. *Dill. elth. 340. et 255. f. 331.*

LOC. Ægyptus, Malabarica. *Arbor, feva.*

PHARM. SEBESTEN (Drupa.)

QUAL. mucilaginosæ.

VIS. obtundens; eccoprotica.

USUS. Raucedo, tussis, stranguria.

COMP.

## 172. ASPHODELUS caule nudo, foliis ensiformibus carinatis lævibus.

ASPHODELUS albus ramosus mas. *Baub. pin. 208.*

LOC.



HEXANDRIA DIGYNIA. 207

LOC. Hispania, Lusitania, Narbona colles.  
*Perennis, mansuet.*

PHARM. ASPHODELI Radix.

QUAL. ingrata, acris. *Dubia, exolet.*

VIS. diuretica, emmenagoga, emolliens? maturans.

USUS.

COMP.

173. LILIUM foliolis sparsis, corollis campanulatis: intus glabris. *Hort. cliff. 120. Ups. 80.*

LILIUM album, flore erecto, vulgare: *Bauh. pin. 76.*

LOC. Syria, Palæstina. *Perennis, cicur.*

PHARM. LILII ALBI Radix; Flores, *Conserua,*

∇. ☉; Anthera.

QUAL. Fl. suaveolens. Rad. pinguis, Trita, præstans.

VIS. emolliens! maturans, anodyna.

USUS. Epilepsia. Hydrops.

COMP. Empl. mucagin; Empl. ranar. ♀ le; Clysters; Cataplasmata.

DIGYNIA.

174. ORYZA: *Hort. Cliff. 137.*

ORYZA: *Bauh. pin. 24.*

LOC. India inundata.

*Annua, seva.*

PHARM. ORYZÆ Semina, ☉

*Culinaris, varior.*

QUAL. dulcis, farinosa.

VIS. nutriens.

USUS. cibarius.

COMP.

TRI-



## TRIGYNIA.

175. **MENISPERMUM** foliis cordatis retufis  
mucronatis.

NATSIATAM. *Rheed. mal. 7. t. 1. f. 1. Pluk. phyt.*  
345. f. 2.

LOC. Malabarica. *Peregrina, feva.*

PHARM. COCCULI INDICI Fructus.

QUAL. reniformis.

*Externa.*

VIS. Venenata.

USUS. pediculis, Piscibus.

COMP.

176. **RUMEX** floribus hermaphroditis: valvulis cre-  
natis granulo incumbente. *Fl. Suec. 293.*

LAPATHUM acutum f. Oxylapathum. *Baub. hist.*  
2. p. 983.

LOC. Europæ humentia. *Perennis, frequens.*

PHARM. LAPATHI ACUTI Radix, Herba,  
Semen.

QUAL. austera, radice amarior, foliorum acidior.  
*Præstans.*

VIS. adstringens, eccoprotica.

USUS. Dysenteria, Scabies! Ulcus.

COMP.

177. **RUMEX** floribus hermaphroditis, valvulis in-  
tegerrimis nudis, foliis cordato-lanceolatis. *Fl.*  
*Suec. 292. β.*

LAPATHUM aquaticum, folio cubitali. *Baub. pin.*  
116.

LOC. Europæ nostræ paludes. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. HERBÆ BRITANNICÆ Radix.

QUAL. flava, amara, austera. *Rarior, eximia.*

VIS.



Vis. adstringens.

Usus. Cacoethes ! ulcus malignum , Sclotyrbe !

Comp.

178. RUMEX floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granulo notata.

LAPATHUM hortense latifolium. *Bauh. pin. 115.*

Loc. Europa australior. *Perennis, cicur.*

PHARM. RHABARRARI MONACHORUM  
Radix.

Qual. amaro-austera, flava.

Vis. adstringens, sublaxans.

Usus. Ulcus.

Comp.





CLASSIS VIII.  
OCTANDRIA  
MONOGYNIA.

179. **D**APHNE floribus sessilibus infra folia elliptico-lanceolata. *Fl. Suec.* 311.  
**LAUREOLA** folio deciduo, flore purpureo. *Bauh.* pin. 462.  
**LOC.** Europe nostre sylve umbrosę. *Frutex, cicur.*  
**PHARM.** COCCUMGNIDII Semina.  
**QUAL.** Insipida, deurens. *Ravior, cauta.*  
**VIS.** Inflammatoria, corrosiva, vomitoria, cardialgica, febrilis.  
**USUS.** Hydrops, cancer, Lupibus.  
**COMP.**

180. **D**APHNE racemis lateralibus, foliis lanceolatis integris. *Hort. cliff.* 147. *Ups.* 94.  
**LAUREOLA** sempervirens, flore viridi. *Bauh.* pin. 262.  
**LOC.** Italia, Anglia, Germania. *Frutex, mansuetus.*  
**PHARM.** MEZEREI Cortex.  
**QUAL.** deurens. *Exoleta, cauta.*  
**VIS.** Inflammatoria, drastringa.  
**USUS.** Hydrops.  
**COMP.**

MEZEREI cortex, si hæc (181.) modo a priore (180.) specie desumi species Daphnes non occurrat, com- potest.

181. **T**ROPÆOLUM foliis subquinelobis, petalis obtusis. *Hort. Ups.* 93.

VIOLA



OCTANDRIA MONOGYNIA. 211

**A** Nimalium pinguedines ab oleo primigenio alibi recensito ortæ, parum inter se elementis, & proprietatibus discrepant. Pauca de his veniunt animadvertenda, usum præsertim externum respiciunt, ac vires emollientes, demulcentes, lubricantes ostendunt; in adipēs tamen, & seba distingui possunt, hæc demulcendi magis, illi emolliendi facultate gaudent; nullam cateroquin specificam virtutem habent, sed si viperinæ pinguedinis ophtalmicam vim exceperis, pro usu Medico promiscue usurpantur, nec uberiorem hic considerationem postulant.

## §. XV.

*De Sale volatili, & Cantharidum.*

**D**E sale volatili superius, ex sale fixo-alkalino, & oleoso principio confari indicavimus, nostra vero salia per alimenta sanguinem ingressa oleo, & glutine animali irretita in salem urinosum alkalinum volatilem, & ammoniacalem convertuntur facile sub putrefactione separabilem.

Præ aliis hæc salia solidas partes stimulo, atque humores commovendo nervosam compagem stimulant, & sanguinis oleoso-inflammabilia principia expandunt; fluida spissa, ac viscida dissolvunt, ideoque inter præstantiora discutientia, diaphoretica, & alterantia militant remedia, ut in morbis soporosis præsertim omnibus, Apoplexia, in pulmonum Infarctu, Lypothimia frequentissime exhibeantur, caute tamen, & exigua dosi, aut aqueo largiori vehiculo

*Mat. Med. Contracta.*

B b

solu-



soluta prudentes Medici solent propinare; nam causticis pene suis moleculis nimiam sanguinis ebullitionem excitant, & in calidioribus regionibus, biliosis, sensibilibus subjectis convulsiones, colicas biliosas, febres inducunt, humorumque putredinem facile promovent.

Pro coronide indicare oportebit de Salis Cantharidum specifica indole litem adhuc pendere. Quidam enim ad alkalina, alii ad acida salia illud referunt; sed posteriorem sententiam amplecti posse rationabilius videtur ex eo quod Chemia ex pluribus infectis sal acidum causticum excerpit; quod acida his admixta virtutem corrodentem potius intendant; quod sapor denique ipse ab aqua stygia haud ab simile fit. Hujusmodi salis naturam subsequuntur quæ ex aliis pluribus infectis, apibus videlicet, asellis, formicis, & congeneribus aliis, salia decerpi possunt.



CLAS-



# CLASSIS I.

## QUADRUPEDIA.

1. **HOMO** A. MUMIA B.  
 HOMO Diurnus *Linn. spec. animal. gen. 1.*  
*spec. unica.*

LOC. A. Orbis habitabilis; B. Ægyptus.

PHARM. A. 1. Cranium, & ossa; 2. Usnea! 3. Ungues? 4. Coma adusta? 5. Secundina! 6. Calculus, seu Bezoar Microcosmi? 7. Adeps; 8. Sanguis? 9. Saliva; 10. Urina; 11. Lac; 12. Excrementum! 13. Cerumen aurium! 14. Meconium! B. ☉.

QUAL. I. 3. 4. 6. Insipida, dura; 1. 6. alba, ficca, & opaca; 3. 4. diaphana; 3. cornea; 4. diversimode colorata; 7. 13. pinguis, rancescens; 13. saponacea, sebacea, amara; 10. salita; 8. 11. subdulcis; 9. sublixiviosa; 2. 10. 12. 13. 14. nauseosa; B. resinosa, bitumen redolens.

PRINC. I. 2. 3. &c. . . . Terra subtilior calca-rea; aqua non pauca; gelatinæ sub quadruplum; sal urinosum siccum volatile; non nihil salis marini; halitus quidem spirituosus sui generis? sal fixum? multum 8. ferri; 6. terræ; 7. 13. unguinis; 10. salis culinaris; 11. butyracea, & caseosa substantiæ; B. Præter antea facta eadem bitum. Judaic., & pissasphalti.

PRÆP. I. Magisterium, β. Gelatina, 1. 4. 8. 10. Spiritus, 1. 10. Sal volatile. B. Tinctura.

VIS. I. β. Absorbens, edulcorans, incrassans; cordialis? anthelmintica? 1. 8. 14. cephalica? an-

Bb 2 tepi-



tepileptica? sympatica? 2. adstringens; 3. purgans; 4. 5. anhyſterica; 6. lythomthriptica? 7. emolliens; 9. ſubabſtergens; 10. leniens; deſtergens; aperiens; antiſebris; 11. attemperans; nutriens, inſraſſans; 12. reſolvens; Coſmetica! 13. abſtergens, vulneraria; anodyna? B. vulneraria; emmenagoga?

Uſus. I. β. Humorū acrimonia, atque ſolutio; primæ viæ aciditas; Diarrhœa; Dyſenteria; Tenefmus; Muci inſteſtinalis abraſio; Scorbutus; Hectica febris; Vermes; 1. 3. 8. 14. Epilepſia; & morbi ſoporofi omnes; 1. 2. Hæmorrhagiæ; 4. 5. Hyſteriſmus; 6. Calculus renum, & veſicæ; 7. Variolæ; 9. Lichen, Pruritus; 10. Febres intermittentes, quartana; Chloroſis; morbus Hypochondriacus; 11. Tabes, Marafmus; 12. Tumores; Angina; cutis pulchritudo reſtauranda; 13. Ictus tendinum; Colica; B. menſium ſuppreſſio; Aſthma.

Uſus præc. I. β. Fluxus alvini; Epilepſia? 11. Tabes; 7. Variolæ.

Comp. I. Magiſterium Epilepticum, & Specificum Cephalicum Michaelis; Pulv. Arthetica; 1. 5. de gutteta; 2. lapis Butler.

Dosis. I. 5. p. gr. ij-x. ℞j. ꝑ. & ultra.

Judic. I. parum uſitata; ſuperflua; 10. utilis; 11. præſtans; 2. 3. 4. &c. exoleta, horrida, ſuperſtitioſa, contemnenda; B. obſoleta.

Remedia omnia e deſunctorum calaveribus deſumpta inhumanitatem ſane redolent; hujusmodi tamen plura Arabum ignorantia, & ſuperſtitione invaluerunt; eoque magis contemnenda, cum ex ſupplicio affectis plerumque decerperent; verum ſi unquam eſſent uſurpanda, ex Juvenibus, & ſiſ corporibus erunt deſpromenda; his tamen omnibus C. C. præparationes rationabilius ſubſtitui poſſunt.

Quidam autumarunt halitum quemdam ſui generis his partibus inefſe a quo virtutes cephalicæ originem traherent, ſed præter gelatinofas moleculas, & paucas ſalinas volatiles a quibus fortaliſ illas oriri credunt, cætera actuofa principia prioriſ futilia ſunt.

Uſnea, quæ Muſei ſpecies eſt, aliqua ex propria natura adſtringendi ſacultate donata, quam neutiquam

loci



loci natalis ratione adepta est.

Calculus præ cæteris lapidosis Lythomthripticis erroneum est remedium; immo Lemer. & alii maxime calculorum generationi favere sibi suadent.

Adeps haud infrequenter in variis emolliendis, & cicatrizandis solet usurpari, cui tamen aliæ animalium, pinguedines, aut butyrum Cacal com modius succedunt.

Urina tamen sani adolescentis hominis in pluribus morbis, febribus præsertim intermittentibus, chlorosi &c. non parum prodesse expertus sum, huic nihilo serius vitulæ urina pleuramque substituitur.

Lac etiam in marasmo, pathisi &c. utilissimum censetur; id nutricibus tamen infantibus, vel adultis hujusmodi morbis laborantes alentibus incommodum, atque periculosum evadit; quare Asinum, aut Caprinum commode substituant, quibus magno pere convenit.

Red. & alii salivam in causa esse ad innocuum viri viperarum per os assumptionem tradiderunt. Ex urina inspissata vel ejusdem sale phosphorus Kamkeli conficitur, Pyrophorus vero

Hombergi fortuito ex excrementis analysi tentatis prodiit.

Circa Mumie originem quædam articulo de bitum. Jud. superius enuntiamus, quæ tamen hic spectant nosciscere oportebit; Mumia vocem Persam esse scimus, quæ bitumen audit, qua de causa quamdam Petrolei speciem Mumia, seu Mumiani Persæ nuncupant.

In condiendis cadaveribus Egyptii religioni non solum, & superstitioni, sed consuetudini etiam consulebant. Detraçtis enim visceribus, lotisque corporis cavitatibus, sale prius cadavera condiebant; verum ignobiliores pissasphalto, & melle; nobiliores bitumine Judaico, myrrha, & opobalsamo, aliisque pretiosis aromatibus implebant. Judæi, & alii subdoli mercatores cadavera recentia brevi, villioribus substantiis illinita in furao exsiccabant, quæ sub Mumie nomine ad nos adferrebant, sed fraude perspecta hujusmodi merces tandem exsolevit.

Mumiam albam dicunt, corpora in desertis Libiæ sub arenis sepulta, quandoque sole exsiccata, quæ nondum apud Medicos invaluit.

2. SIMIA.

SIMIA ecaudata *Linm. gen. 2. spec. 1. 2.*

LOC. Africa; India utraque.

PHARM. 1. Caro; 2. Cor; 3. Adeps; 4. Calculus cistis felex.

QUAL. 4. Nucis magnitudo; ovalis figura; nigrescens; oleosa; amara.

PRINC. 1. 2. 3. Multum salis, & olei animalis; 4. bilis concreta?

VIS. 1. Adstringens? 3. resolvens; emolliens; nervina? 4. abstergens; cæteris alexipharmacis præstantior?

USUS. 2. Memoria imbecillitas? 3. tendinum rigiditas; 4. sudor segnis? venena?

Bb 3

USUS



USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. 4. - - - - - gr. ij. ad vj.

JUDIC. 1. 2. 3. Exoleta; 4. rara; pretiosa; præstans?

Animalium nemo non modo externo habitu, verum gesticulationibus, animi perspicuitate, ingenique calliditate magis homines imitatur.

Dantur Simiones quidam a Eontio, & Brissonio descripti, Javæ, & Bornæ incolæ, qui erecti posterioribus pedibus ambulant, vix lanugine sunt obtekti, quos *Aurang*, seu *Autang* appellant alias Simias satyras aut homines silvestres dictas.

Simiarum Bezoar apud Indos magni venditur, ut si nucem adæquet rotalleros pendeat. Nobis fortuito tantum hoc obervare interdum licuit; præter tamen abstergentem virtutem a bilie adeptam, quæ de eo prædicantur futilia esse censemus.

Quæ cauda destituuntur Cenocephalos, quæ cauda instructæ sunt, Cerocephithecos appellant.

## 3. ELEPHAS.

ELEPHAS. *Linn. gen. 24. spec. 1.*

LOC. India Orientalis; Ceylan præfertim; Africa omnis,

PHARM. Dentes; seu Ebur crudum.

QUAL. Albissima, durissima, inodora, insipida.

PRINC. Terra multa; gelatina pauca, &amp; aqua; olei, salis volatilis paucissimum.

PRÆP. Ebur ustum, seu Spodium pulverizatum.

VIS. Absorbens; subadstringens; anthelmintica? cordialis? cephalica? diaphoretica? antiseptica?

USUS. Ventriculi aciditas; Fluor albus; Hæmorrhagia; Abortus præcavendus; Vermes.

USUS PRÆC.

COMP. Pulvis arthetic. ; Haly alb. ; Epilep. Marchion. ; Pannonic. rub. ; Specific. cephalic. ; Cord. temp. ; de Hyacinth. ; Diarrhod. Alb. ; Diatr. Santal. ; Conf. hyacinth. ; Smaragd. ; Cerat. Santoll. ; Throchici Gordon. ; Collyria ; mixturæ plures cordial.

DOSIS.



QUADRUPEDIA. 391

DOSIS. ℥ss. - ℥j. ʒss. ʒj. & ultra in decoct.  
 JUDIC. Pene iners; superfluum; mechanicum  
 valde.

Cætera Animalia omnia magnitudi-  
 ne superat.

Præstantiores ex Insula Ceylan ad  
 nos adferuntur, Indi, ut olim apud  
 Romanos, & Carthaginenses, ad bel-  
 lum gerendum eisdem utuntur.

Ebur Picioribus certo quodam modo  
 combustum elegantissimum nigerrimum

pigmentum præstat, de cætero ad mo-  
 nilia, mucrones, pectines conficien-  
 dos, aliisque mechanicis usibus ma-  
 xime savor.

Ebur utrum crudi semper infirmio-  
 res vires præfert immo inertissimum  
 evadit.

4. RHINOCEROS.

RHINOCEROS cornu unico conico, *Linn. gen. 22.*

*spec. 1.*

LOC. India Orientalis, Africa, Caput Bonæ Spei.

PHARM. 1. Cornua; 2. Ungues; 3. Sanguis.

PRINC. 1. 2. Olei, salis, & gelatinosa substantiæ  
 paullo majus quam in ebure; terra non pauca.

PRÆP. 1. 2. Præpar. 3. exficcat.

VIS. 1. 2. 3. Subadstringens; 1. edulcorans; dia-  
 phoretica? antidota?

USUS. Alvi profluvia; Pestis; Febres malignæ;  
 Venena.

USUS PRÆC.

COMP. 1. Mixturæ plures cordiales.

DOSIS. 1. - - - - - ℥j. ad ℥ij.

JUDIC. 1. Exoletum, superfluum, pretiosum; 3.  
 frustraneus.

Scyphi ex hujusmodi cornu confi-  
 ciuntur, quibus proceres uti solent  
 dum aer noxiis effluviis inquinatur,  
 ut ab illo inter bibendum sibi caveant.  
 Hujusmodi cornu fortassis aniani præ-  
 buit fabulæ Liocorniq; vero pro his  
 in Museis adferuntur belluæ ejuſ-  
 dam marinæ cornua sunt suo loco de-  
 scribenda, quorum specie de Mono-

cerosis fabulosi existentia plures de-  
 cepti sunt.

Sero irascitur; sed ad iram semel  
 concitatus immanis est; arborea eradicat,  
 homines necat, cæteraque po-  
 tentiora propugnacula suo furori im-  
 becillia sunt; Elephantis implacabilis  
 hostis, suo cornu frequenter interimit.

Bb 4

5. LEO.



## 5. LEO.

FELIS cauda elongata, corpore helvulo. *Linn. gen.*  
12. *spec. I.*

LOC. Africa, Tartaria.

PHARM. I. Cor; 2. Adeps; 3. Sanguis.

QUAL. 2. Pinguis.

PRINC. I. 2. 3. anim. commun.

VIS. I. Antepileptica? antifebrilis? 2. emolliens;  
resolvens; anodyna? otalgica? 3. diaphoretica?

USUS. I. Epilepsia; Febris quartana; 2. Scyrrhus;  
Otalgia.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. superflua.

JUDIC. I. 3. Exoleta, ridicula; 2. superflua.

Inter animalia nobilissimus; ac ad  
Principum delicias in serarum certa uluvenit.  
minibus instituentis frequentissime Non raro ex huiusmodi pelle mili-  
tum clamydes conficiuntur.

## 6. URSUS.

URSUS cauda abrupta. *Linn. gen. 15. spec. I.*

LOC. Europa omnis, Septentrionalis præfertim;  
Alpes nivosa.

PHARM. I. Fel; 2. Axungia.

QUAL. I. Amarum; acre; 2. pinguis.

PRINC. I. Oleum crassum, & sal animale.

VIS. I. Incidens; detergens; 2. emolliens; resol-  
vens; cosmetica?

USUS. I. Icterus; Asthma; Anorexia; 2. Hernia;  
Arthritis; cutis asperitas.

USUS PRÆC.

COMP. Unguent. martiale.

DOSIS. I. -- -- gut. iij-viij.

JUDIC.



JUDIC. 1. 2. Haud inutilia; sed obsoleta, mechanica.

Pellis ejusdem a frigoris rigore multibus regionibus tegumentis cedit. gnopere defendit; idcirco in borea-

7. CAMELUS.

CAMELUS topho dorfi unico. *Lin. gen. 28. spec. 1.*

LOC. Asia pene omnis, Africa.

PHARM. 1. Caro. 2. Lac. 3. Sanguis. 4. Fel. 5.

Adeps. 6. Urina. 7. Stercus.

QUAL. 1. Esculenta? 2. Dilutum. 4. amarum. 5. pinguis. 6. salita. 7. nauseabundum.

PRINC. 6. 7. Multum salis ammoniacalis? urinosi certo.

PRÆP. 7. Sal ammoniacum?

VIS. 2. Nutriens, incrassans. 2. 6. diuretica. 3. aphrodisiaca? 4. abstergens. 4. 7. resolvens.

5. emolliens, anodyna?

USUS. 2. Phthisis, Marasmus. 3. Sterilitas mulieris. 4. 5. 7. Tumores.

USUS PRÆC.

COMP. Dentifricia.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. 1. 2. 3. &c. Exoleta. 2. haud inconveniens.

Lac apud Arabes usitatissimum: utiliter laesi Asinino, aut Vaccino substitui posse pro medico usu censemus, quem in finem apud illos valde proficere ajunt.

Stercus apud Aegyptios combustibilium defecui cedit ex quo fuligo sublimatur sale ammoniaco saturata, ut ex ipsa, & sale marino final com-

mixtis nostrum salem ammoniacum vulgarem patrare soleant.

Veteres perperam arbitrabantur ex urina Camelorum radiis solaribus exsiccata ammoniacum concresecere.

Sillas autem varios quibus utimur pannos praesertim quem (Camelot) appellat frequenter ingreditur.

8. EQUUS.



## 8. EQUUS.

EQUUS cauda undique fetosa. *Lin. gen. 34. spec. 1.*

LOC. Ubique cicuratus, Europa praesertim.

PHARM. 1. Testiculi? 2. Ungulae combustae; 3. Stercus; 4. Lac.

QUAL. 3. Nauseabundum.

PRINC. anim. commun.

VIS. 1. Emenagoga? 2. anthysterica; 4. attemperans.

USUS. 1. Fœtus mortuus; Secundinarum retentio; mensium suppressio; 2. Suffocationes uterinae; 4. Phthisis.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. frustranea.

JUDIC. 1, 2, 3. Exoleta; 1. ridicula; 4. superfluum.

Boerhavius asserit eadem principia, atque preparata ex unguis equi elici posse, iisdemque virtutibus prædita ac si ex C. C. vel alia quavis animalii substantia exciperentur.

Clavi in firmandis soleis ferreis adhibiti præ ceteris ferri frustulis ape-

rienti, & emenagoga virtute pollent; fortassis quod sale animali non nihil scateant.

Suis Bezoaribus etiam equi gaudent, quos Hippolitos vocant, sudorifica facultate donatos dicunt; at nullius usus, nulliusque efficaciam.

## 9. ASINUS.

EQUUS cauda extremitate fetosa, cruce nigra supra humeros. *Lin. gen. 34. spec. 2. var. 1.*

LOC. Ubique cicuratus, temperatae praesertim regiones.

PHARM. 1. Ungula; 2. Stercus arefactum? 3. Aselli sanguis? 4. Lac; 5. Urina.

QUAL. 4. Valde dilutum; parum butyraceum.

PRINC. anim. commun.

VIS. 1. Anthysterica; 2. adstringens; 3. diaphoretici-



retica? 4. nutriens; edulcorans; incaffans; 5. pfo-  
rica?

USUS. 1. Hysterismus; 2. Hemorrhagiæ; 3. mor-  
bi cutanei; Nephritis; 4. Tabes; Scorbutus;  
Lues cætica.

USUS PRÆC. 4. Tabes.

COMP.

DOSIS. 4. - - - - - ℥iv. - ℥j. & ultra.

JUDIC. 1. 2. &c. Obsoleta, superflua; 4. usitatissi-  
mum, præstans.

Cæterorum animantium lacte præ-  
stantius; facilis digestioni; butyra-  
ceum minus, & caseosum, lactique  
muliebri pro infantum nutritione, aut  
Tabidorum medicamento optime sub-  
stituendum.  
Ratio æquæ ad cætera principia si-  
mul sumpta est: teste Hombergio; ut  
1: 1. & partis butyraceæ ad caseo-  
sam, ut 1: 4.

10. MULUS.

EQUUS &c. ut supra. *Lin. gen. 34. spec. 2. variet.*  
2. & 3.

LOC. Antecedentis.

PHARM. 1. Ungula; 2. Urina; 3. Stercus.

QUAL.

PRINCIP. anim. commun.

VIS. 1. 3. Adstringens; 2. anodyna? 3. sudori-  
fera?

USUS. 1. 3. Fluores sanguinei; 2. Pedum callus;  
Arthritis; 3. Sanguinis inquinamentum.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. Nulla.

JUDIC. 1. 2. 3. prorsus inutilia; obsoleta; ridi-  
cula.

Mulus vel ex Equo, & Asina, vel  
ex Equæ, & Asino, vel ex Onagro,  
& Equæ generari solet.  
Sunt, qui asserunt, Mulas concepi-  
re, & parere; pluresque hujusmodi  
historias Diaria asserunt. An veræ  
sint, probabile videtur.

11. CER-



## II. CERVUS, CERVA, &amp; HINNULUS.

CERVUS cornibus ramosis teretibus incurvis. *Lin. gen. 30. spec. 3.*

LOC. Europa; India utraque.

PHAR. 1. Typhi; 2. Cornu raspatum; 3. Os de Corde; 4. Priapus; 5. Sanguis; 6. Medulla; 7. Sebum; 8. Pellis.

QUAL. 1. 2. 3. Insipida; inodora; alba; 6. 7. oleosa, pinguis.

PRINC. 1. 2. 3. Terra subtilior calcarea, aqua non pauca, gelatinosa substantia sub triplum, ex quibus sal alcali urinoso-volatile, & oleum animale foetidum. 4. 5. 6. 7. anim. comm.

PRÆP. 1.  $\beta$ . c. c. uftum  $\Delta$  philosophice præparatum  $\Sigma$  gelatina  $\Omega$  oleum depuratum, seu oleum animale Dipellii  $\gamma$  sal volatile  $\vartheta$  spiritus.

VIS. 1. 2. 3. Absorbens; edulcorans; diaphoretica? antiseptica?  $\Sigma$  incrassans;  $\beta$ ,  $\Delta$ , subadstringens; anthelminthica? 3. cordialis? alexipharmaca?  $\Omega$ ,  $\gamma$ ,  $\vartheta$ , incidens; resolvens; diaphoretica; errhina; 5. aphrodisiaca? 6. 7. emolliens; nervina.

USUS. 1. 2. 3. Morbi omnes ab acrimonia orti;  $\Sigma$  Diarhoea; Dysenteria;  $\beta$  ventriculi Aciditas; Vermes; 3. cordis Debilitas;  $\Omega$ ,  $\gamma$ . Tumores frigidi, & mammarum; Paralysis;  $\gamma$  viscerum Obstructio; Lypothimia; Febres omnes non ardentes; Apoplexia; Epilepsia; Hysterismus.

USUS PRÆC.  $\Sigma$  Fluxus alvini;  $\gamma$  Animi deliquium.

COMP. 1. 2. 3. Pulvis Bezoard Sennert.; Chachet.; dyfent.; puerorum; diamarg. frigid.; chelarum cancr.; specific. cephalic; cordiale temp.; specific. de Hyacin.; Diarrhod: Abbat.; Diamerc: Myns; Throch: de Carab.; Decoctum album Syd.; mixtura



tura tonico-nervina Sthalli; Liquor c. c. succin:; aqua c. c. citr. waldsch; aqua de Typhis.

DOSIS. Σ. ℥β. ℥j. ℥ij. & ultra cocleatim sumenda.

JUDIC. I. 2. Σ, γ. usitatissima, utilia 3. 4. 5. &c. inusitata, ridicula, superflua, negligenda.

Typhos præstantiores judico cornibus cervi senioris, hæc tamen potiora sunt sponte effluxa, quam ante maturationem a vivo animali avulsa.

Hoc sale volatile C. C. cetera familia omnia volatilia adulterantur; succini videlicet, viperæ, urinæ &c. quibus sæpissime a pharmacopolis substituitur.

Præ ceteris C. C. præparationibus ea, quæ C. C. philosophice præparatum appellari solet, omnibus ætuoſis principis spoliata est, atque omnimoda medica facultate caret.

Gelatina an diaphoretica virtute donata sit nec ne contendere nolo; primæ viæ tamen acrimoniam demulcere, intestinalium mucum restituere

potissimam esse arbitramur, & in quovis fluxu alvino dummodo materia acris eliminata sit optimum remedium suppeditat.

C. C. præparationes, usus, vires analysis &c. pro quavis substantia animali, paucis exceptis, exemplar esse possunt.

Ossa cordis Cervi nil aliud sunt, quam fibræ aortæ, vel columellæ musculares ab internis ventriculorum parietibus ad valvulas semilunares procedentes, quæ in cartilaginem prius, deinde in osseam substantiam abierunt. Aliquando tamen bovinæ hujusmodi concretiones pro genuinis videntur, quod tamen utriusque inertie ergo partium medicorum interest.

## 12. RANGIFER.

CERVUS cornibus ramosis teretibus summitatibus palmatis. *Lin. gen. 30. spec. 4.*

Loc. Laponia, Suecia.

PHARM. Cornu raspatum.

QUAL. Lanuginosum.

PRINC. Cervi.

VIS. Cervi infirmior.

USUS.

USUS PRÆC.

COMP.

Do-



DOSIS. C. C.

JUDIC. Cervi succedaneum, superfluum.

Apud Laponas munera simul Afini, & equi gerunt, forcissimi sunt, neque inter edulia raro usurpantur. Hujusmodi Lac subacre valde esse ajunt.

## 13. ALCES.

CERVUS cornibus acaulibus palmatis. *Lin. gen. 30. spec. 2.*

LOC. Borussia; Suecia; Moscovia, & omnis Europa Septentrionalis.

PHARM. 1. Cornu; 2. Ungula; 3. Amuletum.

QUAL. 1. Palmatum.

PRINC. anim. commun.

PRÆP. 2. Magisterium.

VIS. 1. 2. Absorbens; demulcens; 2. antepileptica?

USUS. Spasmus; epilepsia.

USUS PRÆC.

COMP. Specificum cephalicum; Pulvis Epilep. Marchion.; de Gutteta.

DOSIS. 2. ℥℥. - ℥j. ℥℥. ℥j.

JUDIC. 2. Inusitata, superflua, superstitiosa.

Inter aniles fabulas sunt recensenda, quæ de ungula Alcis prædicantur; huic credulitati forsitan anam præbuit Alcem ipsum sapissime epileptico morbo laborantem conspexisse.

Hujusmodi pellis vulgo (Dante)

nuncupatur, quæque ad militum claudes construendas schlopetorum istibus resistentes opportunissima evadit. Altera Alcis species in America reperitur, quam Galli Orignac, appellant cum veterum Alce probabiliter convenientem.

## 14. BOS A. TAURUS B. VITULUS C. VACCA D.

BOS cornibus teretibus extrorsum curvatis. *Lin. gen. 33. spec. 1. variet. 2.*

LOC.



LOC. Europa omnis, Tartaria, Canadensis Provincia, & alibi.

PHARM. A 1. Sebum, 2. Medulla, 3. Stercus; 4. Bezoar cisticum, seu lapis Alcheron; 5. tendines arefacti; 6. Cornua, & Ungulæ; B 7. Priapus; 8. Fel inspissatum; C 9. Medulla; 10 partes tendineæ, & gelatinosæ; D 11. Lac, 12. & Vitulæ urina, seu aqua mille florum.

QUAL. I. 2. 9. Pinguis oleosa, 4. 8. amara; 11. subdulcis.

PRINC. I. 2. 3. &c. anim. comm. 11. nonnihil alcalino-volatilis; parum acidi vegetabilis oleo impliciti, parumque alcali - fixi origine vegetabili.

PRÆP. II.  $\beta$  butyrum,  $\Delta$  caseus,  $\Sigma$  serum.

VIS. I. 10. demulcens; 2. 9.  $\beta$  emolliens, Leniens, nervina? 5. 12. antifebrilis; 4. 8. 12. abstergens, purgans, deobstruens, cosmetica? 8. otalgica? anthelminthica; 3. discutiens, resolvens; 7. 10. subadstringens? 10. incrassans; 11. nutriens; edulcorans;  $\Sigma$  cathartica; refrigerans;  $\beta$  relaxans, pectoralis.

USUS. I. Dysenteria, mucii intestinalis Abrasio; 2. 9. Excoriationes; 3. Tumores; Arthritis; 4. Fluxus alvini; Venena? 5. 12. Febres intermittentes; 7. 10. Diarrhœa; Dysenteria; 10. Scorbutus; Tabes; 8. Tinnitus, Anorexia, Vermes; 11. Marasmus, Scorbutus; caltica Lues;  $\beta$  Vomica phthisis, Inflammationes externæ;  $\Sigma$  humorum acrimonia; Estus febrilis, Alvum fegne.

USUS PRÆC. II. Humoribus Discrasia, nutritionis defectus.

COMP. Unguentum de arthanit; ad vermes. 11.  $\beta$ ,  $\Sigma$ . Cataplasmata, & Clysteria emollientia, &

Le-



Lenientia &c. Decoctiones plures, celticæ, nutritives, incrassantes &c.

DOSIS. II. Asinino parcior.

JUDIC. Utilia, usitata; II.  $\beta$ ,  $\Sigma$  præstans, usitatissimum 2. 3. 4. &c. superflua, futilia.

Præ ceteris lac Vaccinum crassius, & medicis usibus impar est, difficiliusque digestionis: pro copia tamen, & frequentia usitatissimum.

Hujusmodi aquæ ad cetera principia ratio est, ut 10:2, butyraceæ sub-

stantiæ ad calcosam ut 1:12.

Perperam olim sanguis Taurinus inter venena recensebatur. Bovinus sanguis magna copia ingreditur colorem sic dictum Azureum Berolinensem.

Muc animalium generi adscribuntur etiam Buffalus, Urtus, Bos Canadensis, & aliæ species inter Boves sylvestres recensendæ.

### 15. SUS A. APER B.

SUS dorso antice setoso cauda pilosa. *Lin. gen. 6. spec. I. Variet. 1. & 2.*

LOC. A. Asia, Africa, Europa cicur., & in America alienigena; B. Ibidem silvarum latibula, Angola.

PHARM. A. 1. Axungia. 2. Stercus. 3. Vulva. B. 4. Dentes. 5. Testiculi.

QUAL. 1. Pinguis, 4. insipida, durissima, 2. 3. 5. foetida.

PRINC. 4. Terræ multum, paucissimum mucilaginosæ, & gelatinosæ substantiæ.

VIS. 4. Absorbens, cordialis? 1. emolliens, resolvens? 2. adstringens? 3. emenagoga? 5. aphrodisiaca?

USUS. 4. Primæ culinæ aciditas; Pleuritis? 1. Tumores. 2. Hemorrhagiæ. 3. mensium Suppressio. 5. maris Impotentia.

USUS PRÆC.

COMP. I.  $\oint$  Pleuriticus; unguen: rosat:, popul:, mercurial:, rosat: malvin:, & unguentorum ferre



re omnium, mercurial. præsertim, basin constituit.

DOSIS. 4. ℞. ʒβ. ʒj.

JUDIC. 1. Pharmaceutica opportunissimum; 4. iners, 2. 3. 5. futilia.

Duas habemus hujusmodi dentium species, altera Apri vulgaris, quæ dentes minores minisque inflexos; altera majores semicirculares præbet, qui dentes de Engala sonant.

Quidam bezoar aprinum descripse-

re, erronee tamen cum lapide hystricis idem confundunt.

Aprini dentes pro crepitaculo infantibus exhibentur ad dentitionem interdum attritu promovendam.

16. HYSTRIX A. ECHINUS seu ERICIUS vulgaris B.

A. HYSTRIX palmis 4dactylis, plantis 5dactylis, capite cristato, cauda abbreviata. *Lin. gen.* 23. *spec.* 1.

B. ERINACEUS spinosus auriculatus. *Lin. gen.* 18. *spec.* 1.

LOC. A. Africa, India utraque, Malaca præsertim. B. ubique frequens.

PHARM. A. 1. Lapis Bezoar Malacensis, B. 2. Caro &c.

QUAL. 1. Juglandis magnitudo, amaricans, coloris dilute rufescentis, aut ex viridi purpurei.

PRINC. 1. Bilis concteta? B. anim. comm.

VIS. 1. Subabstergens; alexypharmaca? 2. diuretica?

USUS. 1. Febres intermittentes malignæ, Variolæ morbilli &c. 2. Vesicæ Atonia.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. 1. g. ij. g. v. g. viij.

*Mat. Med. Contracta.*

Cc

Ju-



JUDIC. 1. Pretiosus, rarus, exoptatus, parvi faciendus; 2. obsoleta.

1. In Histricis cyllide fellea reperitur; & quamvis alexiteria virtute destituitur, nihilo secius ceteris Bezoardicis minus inertem, & aliqua saltem abstergenti virtute donatum esse putarem; Hunc lapidem quidam tantum pen-  
dent, ut si quis illum possideat aurea catena instructum religiose custodiat; ac solummodo in liquoribus suspensum agris propinare permittat, de cetero neque, hujusmodi granum suis apprime caris facile largitur.

## 17. TAXUS.

MELES unguibus anticis longissimis. *Lin. S. N. p. 6. n. 1.*

LOC. Europa, Helvetia præsertim.

PHARM. 1. Axungia. 2. Sanguis.

QUAL. 1. Pinguis.

PRINC. anim. commun.

VIS. 1. Emolliens; anodyna? 2. diaphoretica?

USUS. 1. Nephriticus dolor; 2. Scabies retro-pulsa.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSES. 1. extra.

JUDIC. Superflua.

Carnem ejusdem adulem gratique saporis esse venatores asserunt.

## 18. ZIBETICUM ANIMAL.

MELES unguibus uniformibus. *Lin. S. N. p. 6. n. 2.*

LOC. India utraque; Brasilia, Africa.

PHARM. Folliculus pilosus in perinæo situs Zibetho repletus.

QUAL. Zibethum, unguinosa est substantia pallide flavescens, mellis, aut butyri consistentia, saporis subacris, odoris ambrosiaci fragrantissimi.

PRINC.



PRINC. Nondum clara; tamen halitus quidam spirituosus mobilissimus, oleosus, inflammabilis; oleum crassius animale unguinosum.

PRÆP. Essentia.

VIS. Humores rarefaciens; antispasmodica; anodyna; diaphoretica; aphrodisiaca?

USUS. Humor Segnities, atque visciditas: Apoplexia &c. Verum Colica: Variolæ: Morbilli: Scabies &c. in frigidis subjectis.

USUS PRÆC.

COMP. Pulvis dentifric: quorundam; Balsamum apoplecticum, aquæ plures, & mixturæ spirituosæ; rotulæ, & pastilli odorati, aliaque aromata.

DOSIS. Moschi.

JUDIC. Parum usitatum, pro circumstantiarum ratione modo præstans, modo nocuum, moscho analogum, simili perquisitione perpendendum; aromataris opportunissimum, rarum, pretiosum.

Materia hæc unguinosa a propriis glandulis secreta per ductus excretorios ad rimam quandam inter anum, & genitalia locatam transducitur, & ibi in folliculum pilosum, bilocularem stylat foraminulis instructum, ex quo materia tandem exuberans, vel sponte effluit, vel ab animante molestia impatienti, circa arbores affricu exprimitur, aut cochlearis ope ex circuitatis facile eximitur.

Adulterinum ex caseo; butyro, vel

alia quavis animali pinguedine, & pauco Zibetho confici solet.

Quæ de Moscho animadvertuntur hic recensenda sunt, eo tamen paullo validius est; quæ propter timidi vel prudentes Medici hujusmodi usum reformidant.

Quidam Zibethicum Animal inter Meles posuere, sed mediæ naturæ inter Felem, & Vulpem esse cognoscimus.

19. CANIS.

CANIS cauda sinistrorsum recurvata. *Lin. gen. 11.*

*spec. 1. variet. plures.*

LOC. Ubique cicur.

PHARM. 1. Stercus seu album Græcum, 2. Axungia.

CC 2

QUAL.



QUAL. I. Alba ficca. 2. Pinguis.

PRINC. I. Ossa sua gelatina orbata.

VIS. I. Absorbens, antiseptica? attenuans? 2. emolliens, vulneraria? expectorans?

USUS. I. Colica, Dysenteria, Pleuritis. 2. Tussis, phthisis.

USUS PRÆCIP.

COMP. Unguentum nervinum, Balsamum catullorum.

DOSIS. I. ℞. j. ℞ij. ℞j.

JUDIC. I. Olim commendatum, nunc obsoletum: 2. superflua,

Canis facile rabidus, & hydrophobus fit, & morsu, vel contactu hominibus aliisque animalibus utrumque communicat. Signa rabiei sunt Domini oblitio, taciturnitas, cursus recto tramite institutus, mordendi libido, cauda reflexa, oculi ignei, lingua arida extra fauces protensa, os spumans, latratus, tandem fluidorum horror.

Causæ sunt plerumque fames, sitis, æstivus calor, cursus vehemens, labor, sed ira præsertim; quæ symptomata febris intensissima, & ardens comitatur.

Hæc omnia demorsus homo modo paulo post, modo post menses integros patitur, ut ad unguem latrantem canem æmuletur; morbi vero sedem in limpha quo ad humores; in glandulis salivalibus, & œsophago quoad solidas partes sitam esse observarunt. Medella rationalis multiplex est pro-

morbi theoria, quam medentes prosequuntur.

Inter specifica vero remedia pulvis Capitani Parent: ex cantharidibus, & pipere confecta; verum Moschus, Cinnabari, Ethiopi minerali permixtus, immersio in aqua marina præ cæteris prædicantur; sed iam nimis in alienam provinciam peragravimus.

Hujusmodi morbus Licanthroporum fabulis originem præbuit.

Album Græcum nil aliud est, quam ossa a Cane devorata, & imperfectè digesta, quæ post absorptionem partium gelatinolarum per alvum excernuntur, quæ animalis æstio cum præparatione cornu cervi philosophici maxime convenit.

Catulus ventri admotus in colicis doloribus non parum prodest, non specificæ virtutis ergo, sed calidi fomenti ad instar.

## 20. LUPUS.

CANIS cauda incurvata. *Lin. gen. II. spec. 2.*

LOC. Europa borealis præsertim.

PHARM. I. Dens: 2. Hepar: 3. Axungia: 4. Intestina.

QUAL. I. Dura; 3. pinguis,

PRINC.



QUADRUPEDIA: 409

PRINC. anim. comm.

VIS. I. Expectorans? 3. emolliens, errhina?

USUS. I. Dentitio difficilis: 2. Hydrops: 3. Atrophia, tendinum Ictus: 4. Colica.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. I. Apri.

JUDIC. Superflua, inusitata.

Dentes infantum crepandiis cedunt; ut suo attritu dentes facilius prodeant. Lupi colon intestinum ventri circumpositum colicæ prodesse quidam perperam autumant.

21. VULPES.

CANIS cauda recta, apice albo. *Lin. gen. II. spec. 4.*

LOC. Europa omnis.

PHARM. I. Pulmones: 2. Pinguedo.

QUALIT.

PRINC. anim. comm.

PRÆP. Oleum coctum vulpinum.

VIS. I. Becchica? 2. Emolliens.

USUS. Asthma; Phthisis.

USUS PRÆC.

COMP. Lohoc: de pulmone Vulpis; Unguentum nervinum.

DOSIS. I. ℞j. 3j. ʒij.

JUDIC. I. 2. Olim commendata, nunc obsoleta; superflua.

Plures dantur species colore diversæ, sed quæ in Moscovia nigro colore retertæ reperiuntur, magis venduntur, vulgariæ palles domestica tegumenta frequenter suppeditant.

22. MOSCHIFERUM ANIMAL.

MOSCUS. *Lin. gen. 29. spec. I.*

Cc. 3

Loc.



**LOC.** Sinae, Tartaria, Siberia, & Regnum Thibet præfertim.

**PHARM.** Moschus in folliculis circa inguina locatis coacervatus.

**QUAL.** Substantia est grumosa, sicca, nonnihil unguinosa, sanguinem exsiccatum referens, saporis subacris amaricantis, coloris ferruginei nigricantis, odoris fragrantissimi sui generis.

**PRINC.** Principium subtilissimum, mobilissimum, oleosum, spirituosum; multum mucilagineæ substantiæ paullo minus resinosa, parum salis urinosi, & ammoniacalis.

**PRÆP.** Essentia.

**VIS.** Rarefaciens, antispasmodica antiepileptica anodyna, diaphoretica, aphrodisiaca, anthelminthica.

**USUS.** Morbi soporosi, & convulsivi omnes in frigidis præfertim subjectis, verum Colica; cordis Palpitatio; Vermes.

**USUS PRÆC.** Apoplexia; Epilepsia.

**COMP.** Pulvis dentifric; Latificans: de Gutteta; Cyprius odoratus; Elyxir vitæ; Balsamum apoplex.: Conf. alkerm. c. m.: Hyacinth.: Essentia ambrae veræ; specif. aromat. rosat.: cordial. temp.: de hyacinth.; imperator; Diamosch. dulc.: diarrh. albat.; Troch. catech. c. m. de Gallia Mosch.

**DOSIS.** g. j. - ij. g. iv. g. vj. - ad g. xvj. quidam.

**JUDIC.** Heroicum, alibi usitatissimum, apud nos parum usitatum, jactatum; interdum præstantissimum,

Moschiferum Animal in Dorcadum, aut capreolarum genere erit recensendum. Moschi materies ut in Zibetho in folliculis quosdam seceratur circa inguina coloris prius albescens, tractu temporis flavescens. Quæ ex regno Thiber; & Tonguin ad nos adfertur solidior est, & præstantior estimatur, inque receptaculis pilis raro.



rioribus fulvis includitur; quam ex Bengala, Russia, & Siberia habemus priori inferior est, eamque e vesicis pilo albedo plerumque refertis cognoscimus.

Adulteratur interdum e sanguine exsiccato, terra Japonica stercore murium, & pauco moscho simul permixtis. Mangonium tamen cito dignoscitur dum lamina candenti superfunditur, genuinus enim moschus penitus avolat, spurius fixiorem substantiam superficem relinquet.

Hecce remedium apud Chineses communi experientia in epilepticis, & apoplecticis affectibus jugiter receptum fuit.

Denique apud Anglos Doctoris VValls aliorumque cura, & diligentia transductum pluribus experientis ipsi innixi ejusdem usum viresque confirmant, atque scriptis illustrant. Verum apud Italos eventum circa hujusmodi morbos plurima tentamina nostri moliti sunt, at paucis miracula evenerunt; alii vero quamplurimi eventum spem fessellisse narrant; quare innumera infurrexerunt inter Medicos contentiones, quibus non parum medicamentum evuluit. Attamen veritati consulentes fatemur viros praxi, & doctrina celeb.

ipsum magni facere, illiusque utiliter exhibuisse sapissime novimus. Conterversa autem causam in hoc fitam esse arbitramur, quod in tentaminibus dosim, vel morborum originem diversam pro circumstantiarum ratione parum perscrutari sint; neminem enim later spasmodicos effectus, etiam si similes appareant, diversam originem agnoscere, & dissimili temperamento subjecta haud infrequenter aggredi.

Hinc in calidioris, & biliosae naturae hominibus; in iis, qui mobiliori fibra, & humoribus rarefiscibilibus praediti sunt, minus feliciter moschi efficaciam experti sumus; sed in frigidioribus, pituitosis subjectis solidorum, & fluidorum inertia correptis rem feliciter evasisse plures testantur. Ergo non semper remedium, sed nosmetipsos interdum redarguere debemus.

Angli, & alii Moschi fautores ad 15, & ultra grana in epilepticis morbis propinare suadent; odor vero hysteriis, & mobilioribus cereris quia nocuus, usui tamen frequentiori parum obest, si contervis, vel aliis pulveribus implicatum, & in bolos redactum moschum exhibeamus.

### 23. HIRCUS A. CAPRA alpina, seu RUPICAPRA. B.

A. B. CAPRA cornibus carinatis arcuatis. *Lin.gen.*  
31. *spec. plures.*

LOC. A. Ubique montium juga. B. Alpes Helvetiae.

PHARM. A. 1. Sanguis exsiccat. 2. Sebum. 3. Lac. B. 4. Aegagropila. 5. Sanguis.

QUAL. I. 5. Siccus, nigrescens. 4. ovalis, niger pilis, & herbis aromaticis conflatus, ac glutine quasi obtectus.

PRINC. I. 5. Praeter anim. comm. aliquid sub-



stantiæ balsamicæ vegetabilis? 4. Non parum aromaticarum partium ex genere vegetabilium.

PRÆP.

VIS. 1. 5. Resolvens? attenuans? diaphoretica? 2. emolliens: 3. edulcorans, nutriens, incrassans, 4. diaphoretica?

USUS. 1. 5. Morbi inflammatorii omnes, Pleuritis, Peripneumonia &c. Sanguis coagulatus, mensium suppressio, & febres malignæ. 2. Tussis, Dysenteria. 3. Phthisis, Scorbutus, Smarasmus. 4. Febris maligna.

USUS PRÆC. 1. 5. Pleuritis. 1. 4. Sudor febris.

COMP. 2. Clysteria demulcentia, vulneraria.

DOSIS.

JUDIC. 1. 5. Usitatus, sed infirmæ virtutis. 2. utile. 3. præstans. 4. An Bezoar Orientali validior? fortassis.

Sanguinis hiræni mercimonium Neapolitani præsertim, & Helvetii possident. Illi e cicurato hirco plantis balsamicis alito postquam caniculari tempestate animal ad iram concitarunt e spermaticis arteriis sanguinem extrahunt; inde radiis solaribus in placentulas exsiccatum venum tradunt. Helvetii simpliciori methodo e silvestri hirco, & procero Rupicapra seu (Camoscio) dicto, cui natale solum balsamicum alimentum suppeditat, ipsi exciso capite ex vasis majoribus fluentem sanguinem colligunt, & in furnis induratum ceteris nationibus venundant.

Hoc concretum infirmissima gaudet virtute: exsiccatione enim, si quæ sunt spirituosæ particulae, a nutritione eadem communicatae advolant omnes;

& præter terreas copiosiores, & gelatinosas quasdam C. C., & alias animalium partes inertia superat: mirror enim, quod eundem tantum faciunt, atque agris huiusmodi frequenti usu incassum molestiam afferant.

Egagropila in Rupicaprae ventriculo ex teneris cespitibus stirpium balsamicarum, & pauco gastrico succo coagmentatur; tum glutine animalis quasi obtegitur, quod dissecto congeries capillæum, aut ramusculorum apparet, fragranti odore instructa, quare recentem hanc substantiam minus contemno, quam inertem illam terream plerumque, & actuosius principis orbam antiquitatem redolentem, quæ sub Bezoaris Orientalis, aut Occidentalis nomine tantum comitur.

24. CAPRA ORIENTALIS Bezoardica A & CAPRA OCCIDENTALIS Bezordica B.

An-



-- Antecedentis varietates inter Gazellas tamen.  
 Loc. A. China, & Laar Perfarum provincia: B.  
 Brasilia, Cille.

PHARM. A. I. Lapis Bezoar orient. B. lap. Bezoar occid. seu utriusque calculus gastricus ex alimentorum reliquiis coalitus.

QUAL. I. Magnitudine, figura, & colore diversus, plerumque tamen obscuro-viridis: 2. orientali crassior, grandior, albidus, tartareus frequentius: 1. 2. Uterque stratosus, tunicatus, nucleo herbaceo, 2. vel lapidoso instructus.

PRINC. I. 2. Exigua, & incerta.

PRÆP.

VIS. Absorbens: Alexipharmaca? diaphoretica? antidota?

USUS. Febres exanthematicæ, malignæ: Venenum: Sudor segnis.

USUS PRÆC. Febres petechiales.

COMP. Pul. Bezoar. Senner., lapis Goa, B. Laud. nepentes, mixturæ cordiales &c.

DOSIS. A. gr. vj. gr. x. gr. xvj. B. duplum, & ultra si lubeat.

JUDIC. I. 2. Usitatus nimis, pretiosus, iners, frustraneus.

Pauca heic animadversione digna recensibimus; plura enim dicta sunt in peculiari de Bezoar Prolegomeno. Priorem seu orient. lapidem præbet capræ species gazella indica etiam, seu capricerva dicta, quam Corosmia, & Laar Perfarum provincia alunt, quæque circa montes Sinis propinquos frequenter reperitur.

De hujusmodi lapidis origine fileam; Characteres, quibus tamen genuinus a spurcio distinguitur hi sunt, quod: Verus volæ manus cinere, creta, aut ceruis obductæ luteam virescentem sub affricu lineam inducat; verum diffractus lamellis totus coalitus

apparet, in aqua repenti pernoctem integram immerfus nullo modo ejusdem limpiditatem turbet, nec duritiam suam amittat. Occidentalis, ex Capri-cerva, quam Incolæ (Cuguacu) appellant excerpitur, crassioris est substantiæ; terra uberius constat, ideo viliori pretio venum extat, ac dupla dosi ad eisdem morbos profligandos usurpatur.

Hæc inertia corpora casu fortuito enata nucleum præferunt ex planta quadam aromatica, Contracevæ radice plerumque; vel ex lapideo, aut metallico genere desumptum.



## 25. OVIS A. VERVEX B.

OVIS. Cornibus compressis lunatis. *Linn. gen. 32. spec. 1.*

LOC. Ubique per Europam cicurati, & alibi etiam.

PHARM. A. 1. Oesypus: B. 2. Omentum; 3. Stercus.

QUAL. 1. Oleosus, segnis: 2. Pingue, Sebaceum: 3. Fœtidum.

PRINC. 1. 2. Anim. comm. multum tamen olei.

PRÆP.

VIS. 1. 2. Emolliens: leniens: resolvens, anodyna.

USUS. 1. Contusio: Reumatismus: 2. Lateris Dolor.

USUS PRÆC. 2. Pleuritis.

COMP. Cataplasmata, & clysteria emollientia, demulcentia, & anodyna.

DOSIS. 1. 2. Extrinsecus pro libito.

JUDIC. 1. 2. Præstantia, usitata: 3. superfluum.

Oesypus coctionis ope ex lana succida extrahitur; ac non parum in reumaticis doloribus, & tumoribus prodest; omento etiam in laterali dolore proficue utimur. Lana vero quantum societati ad tegumenta conmaricis doloribus, & tumoribus prostruenda proficue sint fati noscimus.

## 26. FELES.

FELIS. Cauda elongata, corpore fascis nigricantibus &c. *Linn. gen. 12. spec. 6.*

LOC. Europa omnis, Helvetia præsertim, Ægyptus etiam; India?

PHARM. Adeps.

QUAL. Pinguis.

PRINC. Ceteris animalibus sale volatili magis refertus?

VIS. Emolliens, resolvens, nervina?

USUS. Pleuritis; tendinum Rigiditas; Atrophia.

USUS.



USUS PRÆC.  
 COMP. Unguentum neryinum.  
 DOSIS. Extrinsecus.  
 JUDIC. Superflans, edulis?

Felem dorso dissecto lateri admotam Apud Indos quidam enarrant Felces  
 dolorem lenire sibi fudent, neque inveni membrana quadam instructas,  
 citra rationem; fortassis enim fomen- que volitandi facultatem habent, sed  
 ti, aut cataplasmatibus instar aliquid rationabilius ad Sciuos volantes per-  
 boni evenire considerem. cinere censam.

27. LEPUS.

LEPUS. Cauda abbreviata, auribus apice nigris.

*Linn. gen. 24. spec. 1.*

LOC. Europæ lepes: atque saltus.

PHARM. 1. Cor: 2. Hepar: 3. Fel 4. Pulmones:

5. Sanguis: 6. Pellis: 7. Cinis: 8. Talus: seu

Os primum metatarsi: 9. Pinguedo.

QUAL. 8. Inspida, inodora,

PRINC. Anim. commun.

VIS. 1. 2. 4. 5. 7. Subadstringens? 3. abstergens:

8. absorbens: pellens? 9. resolvens.

USUS. 1. 2. 4. &c. Alvi profluvia: 3. oculorum

albugo: 8. pleuritis: 9. tumores.

USUS PRÆC.

COMP. 8. Pulvis pleuriticus quorundam,

DOSIS. Extrinsecus.

JUDIC. Superfluus, edulis.

Leporis pellem vel intra soleas CUNICULUS. Huic affinis est,  
 apertam, vel pectori admotam ad ca- culus pinguedo interdum visua emol-  
 lorem conciliandum hypocondriaci- lienti, & resolventi in tendinum con-  
 magai faciunt. tractionibus medicinz cedit.

28. MARTES.

MUSTELA plantis fissis, corpore fulvo-nigrican-  
 te, gulla palida. *Linn. gen. 14. spec. 5.*

Loc.



LOC. Ubique obuius.

PHARM. I. Caro; 2. Stercus.

QUAL. 2. Fragrans; moschum redolens?

PRINC. I. Multum falis volatilis?

VIS. I. Resolvens? nervina?

USUS. Paralysis, Reumatismus.

USUS PRÆC.

COMP. Pulveres odorati.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. Superflua, obsoleta.

Huiusmodi animalis pellem magni serpentum perquirendi, nam frequen-  
faciunt Mercatores, earum præcipue ter cum vipera cobra dicta pugnam  
quas plaga borealis alit. instituens ab eisdem morius lethalis  
Mustela Americana ansam præbuit effectu liberabatur ipsius radicem pro-  
virtutem Ligni colubini contra icus tinus comedendo.

## 29. MUS.

MUS. Cauda longa nudiuscula, corpore cinereo  
fuo, abdomine subalbescente. *Linn. gen. 269.*  
*spec. II.*

LOC. Ubique per Europam.

PHARM. I. Idem coctus, vel combustus? 2. Ster-  
cus, seu muscerda.

QUAL. 2. Nigrum, foetidum.

PRINC. 2. Salino principio valde imbutum.

VIS. 2. Purgans; anthelminthica?

USUS. I. Stillicidium? 2. Alvus constipata;  
Vermes.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. Superflua, nauseabunda.

Hic locum habet Mus alpinus val- facultate tendinum rigiditati prodesse  
g. v. (Marmotta) cujus Adeps interdum afferunt.  
medicinæ cedit, & emollienti sua



30. TALPA.

TALPA. Caudata pedibus pentadactylis. *Lin. gen.*  
19. *spee. 1.*

LOC. Ubique frequens, in cavernulis peculiari methodo in terræ latebris sibi paratis.

PHARM. 1. Pili, 2. Cor? 3. Hepar? 4. Sanguis? &c.

QUAL. 1. Nigri.

PRINC. Anim. commun.

VIS. Adstringens?

USUS. Oculorum morbi? uteri profluvia?

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. Superflua, obsoleta.

Quidam eisdem pellem palcis re-inflammatione levi atritu leniendis pletam pro oculorum dolore, atque adhibent.



CLAS.



CLASSIS II.  
AMPHIBIA

*Pedata Majora.*

31. **H**IPPOPOTAMUS. *HIPPOPOTAMUS. Linn. gen. 35. spec. 1.*  
 LOC. Ostia Nili, Nigri, & Euphratis, ceteraque Africę flumina.  
 PHARM. Dentes.  
 QUAL. Inspidi; inodori; durissimi.  
 PRINC. Cum dentibus aprinis maxime conveniunt.  
 VIS. Absorbens; subadstringens; alexipharmaca?  
 USUS. Sanguinis profusiva; Diarrhœa; Pleuritis Epilepsia.  
 USUS PRÆC.  
 COMP. Dentifric.  
 DOSIS. Apri.  
 JUDIC. Eburis succedaneum, iners, superfluus.

Hujusmodi dentes pro albedine; & Amuleta etiam, ut ex ungula Al-  
 duritie eximia ad fictitios colstruendos | cis, ex eo conficiuntur que similibus  
 inserviunt, qui perbelle humanos æ | at futilibus virtutibus prædita sunt.  
 mulantur.

32. **C**ASTOR, seu FIBER.  
 CASTOR. Cauda ovato-plana. *Linn. gen. 35. spec. 1.*  
 LOC. Borussia, Polonia, Russia, Tartaria, Gallia  
 circa Rhodanum, America etiam, in nova An-  
 glia, & alibi.  
 PHARM. 1. Castoreum verum ex folliculis majo-  
 ribus inguinalibus; 2. Substantia pinguedinosa  
 ex folliculis minoribus; 3. Pinguedo; 4. Dentes.  
 QUAL.



**QUAL. I.** Pingue, melleæ consistentiæ, temporis tamen diuturnitate indurefcens, coloris fusconigricantis, specificè graveolens; saporis subacris, nauseoso-amaricantis; 2. 3. Oleosa; 2. Castoreum redolens; 4. inodori, insipidi &c.

**PRINC. I.** Multum sulphuris subtilissimi, inflammabilis, volatilis; principium gummeo-resinosum, terra paucissima; 2. 3. 4. anim. comm.

**PRÆP. I.** Pulvis; Tinctura, seu Essentia; Extractum; Oleum simplex, vel compositum &c.

**VIS.** Antispasmodica, nervina, anodyna, sedativa, anthysterica, carminativa, emmenagoga; 2. Castorei vires, sed infirmiores; 2. 3. emolliens, 4. absorbens.

**USUS.** Affectus Convulsivi, & Spasmodici omnes, Epilepsia; Hysterismus; Cordis Palpitatio; Hypochondriacus morbus; Chlorosis &c. Soporosi verum, Apoplexia; Vertigo; Paralysis &c. Colica flatulenta.

**USUS PRÆC.** Hysterismus; Epilepsia.

**COMP.** Balsamum vitæ; Elet. bacc. Laur. Mithrid. Philon., Andromach., Theriac. Cœlestis; Elixir uterin., Mixtur. acustic. Fuler., Emplast. hysteric., Laudan. opiat., hysteric. De le Febour, Pilulæ de Gummis; Aqua hystericæ Quercetan., &c. Clystetia, & Unctiones antispasmodicæ.

**DO SIS. I.** gr. ij. gr. vj. gr. x. meo iudicio ad ʒß. & ultra.

**JUDIC.** Usitatissimum, præstantissimum, & hystericis præsentaneum remedium.

Fiber, seu Castor pro sua vitæ gerendi methodo conformatus est; magnitudine Aprum vulgarem adæquat; cauda instruitur, quam vel natando pro gubernaculo, vel in domiciliis sibi mirifice construendis trullæ loco adhibet. Pedes vero posteriores anteriores, & anteriores caninos habet;

circa inguina utrinque folliculos duos a testibus diversos ostendit biloculares, quorum loculi superiores inferiores superant; utrique castoreo sunt repleti, quo dum molle est, densam lanuginem illinit, ut ab aquarum humiditate sibi caveat. Huiusmodi principia Medici, & vires inquirentes, de

eorum



eorum genuina natura dissentiunt: alii a sale volatili, alii a sulphure mobilissimis pendere cogitarunt; posterioribus tamen rationabilius assentiri visum fuit.

In hysteriis itaque affectibus, dummodo subjecta frigidiori temperamento donata sint, præsentaneum sane, sed optimum remedium esse experimur, si paullo largiori dosi propinemus.

Illis, qui Castoreum vetustius lethale evadere tradiderunt difficulter assentimur.

Quod ex Polonia, & Borussia ex-

portatur, optimum censetur; huic succedit Russicum, Americanum infimum locum tenet. Lucri causa massam ex gummatibus, & resinis, sagapeno videlicet, ammoniaco, & pauco Castoreo conflaram, qua folliculos impleat, sæpe sæpius pro genuino venum tradunt: Mangonium tamen odor, atque sapor facile detegunt, quos in genuino longe fortiores deprehendimus.

Castoris lanugo ad pileos, caligas, aliaque obvia regumenta construenda frequentissime usurpatur.

### 33. LUTRA.

MUSTELA. Plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio brevior. *Linn. gen. 14. spec. 2.*

LOC. Europæ omnis fluvia, lacus, stagna, piscibus referta.

PHARM. I. Hepar: 2. Testes: 3. Pinguedo.

QUAL. 2. Folliculi Fibri structura haud abfimiles?

PRINC. Anim. comm.

VIS. I. Subadstringens? 2. antepileptica? 3. resolvens.

USUS. I. Alvi profluvia: 2. Epilepsia: 3. Tendinum rigiditas.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. 3. Extrinsecus.

JUDIC. I. 2. Exoleta: 3. superflua.

Habitu externo Lutra vivendique est, ut Vulpes, & Lupi ceteris curatione cum Fibro adeo convenit, ut raris animantibus. Castoreum nostras appellare possimus. Pellis ejusdem mechanicis usibus, Piscibus vescitur, iisque infestissima Castori succedit.

### 34. CROCODILUS.

LACERTA. Cauda compressa, pedibus jungulatis, pal-



palmis 5daetylis , plantis 4daetylis palmatis .

*Linn. gen. 105. spec. 1.*

LOC. Nilus, tum Asiæ, & America flumina.

PHARM. Axungia.

QUAL. Pinguis.

PRINC. Anim comm.

VIS. Resolvens, roborans.

USUS. Tendinum contractiones.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. Inusitata.

Crocodili ferocissimi sunt, & carnis odorem abhorrent, ac inter Ovipera humanae maxime esurientes. Croci animantia recensentur.

*Pedata Minora.*

35. SCINCUS MARINUS.

LACERTA. Cauda tereti mediocri apice compressa, digitis muticis marginatis. *Lin. gen. 105. spec. 22.*

LOC. Nili ripæ, & litora maris Erithræi.

PHARM. Integer, pulverat.

QUAL. Squamosus, lacertum referens.

PRINC. Multum falis volatilis?

VIS. Diuretica? aphrodisiaca? alexipharmaca?

USUS. Impotentia virilis: Venena.

USUS PRÆC.

COMP. Theriaca: Mithridat., & Elect. diasatyr.

DOSIS. ℞j. ʒß. ʒj.

JUDIC. Parum usitatus, superfluus, superstitiosus.

Caveat pharmacopola ne Salamandricæ cauda instructum, Scinco subdram aquaticam, aut Lacertum deditur.

*Mat. Med. Contracta.*

D d 36. LA-



36. LACERTUS A. Vulgaris, B. Viridis, seu RAMARUS.

A. LACERTUS. Cauda tereti mediocri, palmis tetradactylis, pedibus muticis. *Linn. gen. 105. spec. 25.*

B. LACERTUS. Cauda verticillata longiuscula squamis acutis, collari subtus squamis constructo. *Linn. gen. 105. spec. 15.*

LOC. A. Regiones calidiores ubique, atque rudera meridiei exposita: B. Sepes.

PHARM. Utriusque pulvis, oleum.

QUAL.

PRINC. Anim. comm.

VIS. Resolyens: cosmetica?

USUS. Hernia: Tumores: Lichen.

USUS PRÆC.

COMP. Oleum Lacertor. Pharmacop. Paris.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. Inusitata, frustranea.

Lacerti ovipari sunt, nullanque noxam mori, vel alias inferre possunt; immo inter puerorum crepundia sæpissime locum habent. | Quidam præcipitatum viride mercuriale lacertum etiam viridem appellant.

37. SALAMANDRA. A. terrestris, B. aquatica.

A. LACERTUS. Cauda tereti brevi, digitis muticis, corpore poroso nudo. *Lin. gen. 105. spec. 20.*

B. LACERTUS. Cauda tereti mediocri, digitis subtus imbricatis, corpore verucoso. *Linn. gen. 105. spec. 21.*

LOC. Loca humida, & paludosa.

PHARM. Pulvis, cinis.

QUAL. Glutine oblecta.

PRINC. Sal causticum?

VIS. Depilatoria? corrodens? escarotica?

USUS.

U S U S . Pili eradicandi, Ulcera.

U S U S P R Æ C .

C O M P . Unguent. Psilothrum quorumd.

D O S I S . Superflua.

J U D I C . Inusitata, fœda, ableganda.

Perperam olim veteres tradiderunt Salamandram venenatissimam esse, & manibus contræctatam exulcerare; & quod prunis projecta igni resistere queat, quæ tamen omnia dum sedulo Academici Parisienses perscrutati sunt, erronea esse pluribus experimentis evicerunt, nullamque noxam inferre posse animadverterunt; glutine nihilo scilicet quo ipsa obtegitur, ab igne se brevi tuctur, tandemque combûritur.

### 38. BUFO.

R A N A . Corpore ventricoso, lurido, fuscoque.

*Lim. gen. 106. spec. 1.*

L O C . Europæ umbrosa.

P H A R M . Integer, cinis, lapis capitis.

Q U A L .

P R I N C . Multum salis acris volatilis?

P R Æ P . Exsiccatus; præp.

V I S . Hydragoga, diuretica, resolvens, diaphoretica? antiseptica?

U S U S . Hydrops; Pestis; Panaritium.

U S U S P R Æ C . Hydrops.

C O M P . Pulvis Æthiop; Balsanum Batefii tranquillum; Leitorianum Pharmac. Parisien.

D O S I S . g. x. g. xv. ℥j.

J U D I C . Olim usitatus, nunc rarioris usus.

Ob salinas causticas moleculas non parum vesicam irritat, ac infirme cum cantaridibus convenire videtur. Circa Bufonis venenum tum ejusdem urinam cum Mucum ipsum, quo totum animal oblitur, cotrodenti, ac noxia facultate pollere animadverterunt; idcirco, dum esulentas plantas accitaria præsertim pessundat, viro suo ita inquinat, ut comedentibus vomitum, tremores, cardialgiam, & mortem ipsam interat.



39. RANA A. aquatica, B. vel arborea.  
 A. RANA. Dorso planusculo subangulato. *Linn. gen. 106. spec. 13.*  
 LOC. Ubique paludes, fluvia, & loca humidiora.  
 PHARM. 1. Utraque integra cocta, vel exsiccata;  
 2. Hepar, Fel, Cor, 3. Sperma, seu Sperniola Ranarum.  
 QUAL. 3. Viscida, glutinosa, granulosa.  
 PRINC. Præter anim. comm. partes gelatinosa abundant, & salino-volatiles.  
 PRÆP.  $\beta$  Juscula, aqua, & oleum coctum.  
 VIS. 1. Attemperans, incrassans, antepileptica ?  
 3. refrigerans, edulcorans, abstergens, emolliens, cosmetica.  
 USUS. Tuffis: Marasmus: Phthisis: Atrophia: Scabies: 2. Epilepsia: 3. Inflammationes externæ Erysipela: Combustio: Tumores resolvendi Mammarum &c. Albugo.  
 USUS PRÆC.  $\beta$ . Marasmus; 3. Mammarum Tumores.  
 COMP. Emplastrum de ranis c. vel s. merc. Pulvis sperniol. Crollii: Cataplasmata plura, & collyria.  
 DOSIS. 1. n. ij. n. jv. n. vj. pro jusculo.  
 JUDIC. 1.  $\beta$ . 3. Usitatissima, præstantia, nutriendi præsertim, & incrassandi scopo: 2. exoleta.

Ranas limpida aquis alitas ceteris piscium in ranas, & ranarum in piscibus in paludibus latitantibus pro Medico feces methamorphosin elegantissime usu anteferunt. Domina de Surinam ostendit.  
 in suo de Insectis rarioribus libello

40. TESTUDO A. terrestris B. palustris C. marina.  
 C. TESTUDO. Pedibus piniformibus unguibus palma-

A M P H I B I A . 421

marum binis plantarum solitariis testa ovata .  
*Lim. gen. 103. spec. 1.*

LOC. A. Europæ Nemora, B. Lacus, paludes, flu-  
 mina, C. Americæ ora maritima, & Antilla-  
 rum .

PHARM. Utrumque, 1. Caro: 2. Sanguis: 3. Penis?

QUAL. 1. Sapida, succulenta.

PRINC. Præter anim. comm. multum falis vola-  
 tilis ?

PRÆP. Juscula, succis expressus.

VIS. 1. Nutriens, demulcens, incrassans, 2. anti-  
 pileptica? 3. lithonhryptica?

USUS. Phthisis: Tussis: Marasmus: 2. Hysterif-  
 mus, Epilepsia: 3. Calculus.

USUS PRÆC.

COMP. Syrup. Testud. Pharmac. Paris.

DOSES. Superflua.

JUDIC. Inusitata, superflua, mechanica.

Asserunt Marinas Testudines in A-  
 merica degentes quinque pedes lon-  
 gitudine, & quatuor latitudine supe-  
 rare, verum ducentenas, & ultra li-  
 bras pendere, ut quinquaginta homi-  
 num nutritioni sufficiat. Facile eas  
 obvertendo captantur, ut unicus ve-  
 nator quadraginta ex his prehendere  
 valeat.

*Reptilia.*

41. SERPENS vulgaris offic. seu NATRIX  
 TORQUATA.

NATRIX, seu Coluber scutis 170. squamis 600.  
*Lim. gen. 109. spec. 230.*

LOC. Europæ ubique stagna, & sterquilinia.

PHARM. 1. Dorsi Spina, 2. Exuvia, 3. Axungia.

QUAL.

PRINC. Anim. comm. cum vipera conveniunt?

PRÆP. Pulvis, β. juscula.

Dd 3

VIS.



**VIS.** 1. Absorbens; antiseptica? 2. emmenagoga? diuretica? 3. emolliens, resolvens  $\beta$  pforica.

**USUS.** 2. Hydrops, Dyftocia, 3. Strumæ  $\beta$ . Scabies,

**USUS PRÆC.**

**COMP.**

**DO SIS.** Subsequentis.

**JUDIC.** Inusitatus; superfluous, venenosus?

Sunt qui hujusmodi cibum magni sobolem promovendam faciunt ad vitam prorogandam, &

#### 42. VIPERA.

**BERUS**, seu Coluber scutis 146. squam. 39. *Linn. gen. 109. spec. 183.*

**LOC.** Regiones calidiores, loca montuosa insolata, Europa, Italia præsertim.

**PHARM.** 1. Vipera exsiccata,  $\beta$ . pulverifata; 2. Spina; 3. Axungia; 4. Cor, Fel, Hepar.

**QUAL.** 1. Sapida, 3. pinguis.

**PRINC.** Multum salis volatilis, quadantenus acris, non parum oleosarum, & gelatinosarum partium &c.

**PRÆP.** Juscula; syrups; vina viperata, gelatina, trochisc. de Vipera, sal volatile, spiritus, essentia.

**VIS.** 1. Resolvens; incidens; diuretica; diaphoretica, alexipharmaca; antivenerea; antifebrilis; 2. absorbens; 3. demulcens; abstergens; consolidans; 4. anim. comm.

**USUS.** Morbi omnes exanthematici; Variolæ; Morbilli; Lepra; Scabies &c.; Febres malignæ, pestilenciales; Apoplexia; Arthritis; Paralysis; Lues venerea; Marasmus; Phthisis; Venena; Ictus serpentum; 3. Ophtalmia; Ulcera; Suffusio,

USUS



USUS PRÆC. Febres putridæ; Scabies; Venena.  
 COMP. Theriaca; Orviet.; Andromac.; unguent.  
 de Tutia Doct. Sloane; Pul. chelar. cancror.  
 DOSIS. ℞. ℥b. ℥j. ℥ij.  
 JUDIC. Usitatissima, admodum præstans, verum  
 sua præparata ceteris volatilibus salibus anima-  
 lium in medicina præcellentia?

De externo Viperarum habitu, cras-  
 situdine, colore &c. verba facere su-  
 pervacaneum cenſeo, cum jam omni-  
 bus innotescat; verum de hujusmodi  
 lethali viro locuturus illud Veteres in  
 vesicula fellea generari, & irascenti  
 animali ad os transductum demorsis  
 per vulnus communicari tradiderunt.  
 Recentio es tamen, inter, quos Red-  
 dius, & Sares de Litteratorum Repu-  
 blica benemeriti pluribus experi-  
 tiis innisi detexerunt, intra vesicu-  
 la ejusdem caninis dentibus adhæ-  
 scentes sub humoris flavescens spe-  
 cie venenum latitare, ac inſidiis vul-  
 neribus in ea inter mordendum in-  
 dere; præterquamquod nullam ipsam  
 noxam inferre animadvertunt, nisi  
 vasa sanguifera cruoremque inſiciat;  
 Redius enim de innoxia ejusdem fa-  
 cultate certior factus uberius per os  
 assumere non respuebat, quamvis alii  
 interdum linguæ, fauciumque exulce-  
 rationem inducere judicarent.

De veneni itaque natura, agendi-  
 que modo inter se magnopere dissen-  
 tiunt; alii humores figere, alii sol-  
 vere defendunt. Id tamen rationabi-  
 lius ex Recentiorum scriptis colligere  
 licet, quod venenarius ille liquor in-  
 dentium folliculis degens spiculis fa-  
 linis valde refertus sit, ac acidam po-  
 tius, quam alcalinam naturam per ex-  
 perimenta præferat, quare innata  
 sua acredine valeat solidas partes ero-  
 dere, inflammare, fluidas deinde  
 quibus miscetur, sanguinis moleculas  
 separare adeo, atque divellere, ut  
 globulorum naturali cohesione brevi  
 sublata, citissima humorum solutio;  
 atque corruptio superveniat; a qua  
 symptomata omnia lethalia, & mor-  
 tem ipsam septem horarum spatio de-  
 morsu miserime patiantur.

Curatio autem pro medentium ge-  
 nio multiplex est, in topicam tamen,  
 & universalem distinguitur. Primo,  
 ut venenum statim extrahatur, partem  
 læsam supra vulnus convenit deligare,  
 inde venenum fugere, postea vulnus  
 profunda scarificatione secare, ac cu-  
 curbitule ope ipsum ab inquinato san-  
 guine liberare; tunc vel candentem  
 laminam admovere, vel stipula ac-  
 censa partem affectam comburere oport-  
 tebit, eamque tandem theriaca Mi-  
 tridato vel alio alexipharmaco obli-  
 nire; præterquamquod uti specifica  
 externa remedia prædicantur oleum  
 olivarum, axungia viperina, caute-  
 rium actuale, lapides, & terra ab-  
 sorbentes, quæ citra incisionem mi-  
 nus tata, invalida esse putarem.

Interna medela parvi faciendæ erit,  
 extrinseca, vel neglecta, vel perpe-  
 ram appropriata, immo vera toxici  
 actione in nostrum corpus adhuc la-  
 tente difficiliter institui potest. In  
 praxi ceteroquin falsa volatilia vipe-  
 rarum præsertim, propinare laudent  
 ad sudorem leniter sulcitrandum, ve-  
 nenum corrigendum, pellendumque.  
 At si quis furiorem historiam optaret,  
 Lancisium, Mead, Progianum &c.  
 pervolvat; nostri enim instituti est  
 inter hosce limites coarctari. Paucis  
 porro exceptis ceteri serpentum istus  
 similes effectus præbent, similemque  
 medelam postulant.

Viperas plerique auctororum inter vi-  
 vipara animalia recensent.  
 Nicoſianæ folia, oleum, pulvis  
 lethalia quam maxime viperis evadunt.  
 Montanæ Viperæ, & nigerrimæ, quæ  
 verno tempore, aut autumnali ca-  
 prantur pinguioribus sunt, ac pro me-  
 dico usu cæteris præferendæ.

Ejusdem sal volatile interdum a  
 phar-



pharmacopolis lucri majoris causa cornu cervi, aut alio viliori sale adulteratur.

Genuinum hoc sal præter communia salium volatiliū elementa ali- quid specialis habet naturæ salis can- tharidum accedens, quod deducimus

ex viperarum nutritione, e canthari- dibus, Scorpionibus, Rupetis, aliisque insectis plerumque constituta, quare cæteris volatilibus salibus, diuretica, & diaphoretica sua virtute præcedere videtur.

#### 43. VIPERA CAUDISONA, seu CROTA- LOPHORUS.

CROTALUS horridus scut. 167. squam. 23. *Linn. gen. 107. spec. 1.*

LOC. America, Septemtrionalis præsertim, Virgi- nia, Pensilvania.

PHARM. Ejusdem tintinnabula.

QUAL. Cartilaginea, sonora.

PRINC. Vipera affinia.

VIS. Cephalica?

USUS. Epilepsia; Vertigo.

USUS PRÆC.

COMP. Pulvis capit. quorundam.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. Apud Americanos Vipera succedaneum  
β. superflua.

Inter serpentes venenatissimus est Crotalophorus, ut paucorum minuto- rum spatio mortu enecat, quinque vel sex pedes longitudine adæquat; ultimas caudæ vertebrae consequuntur ossicula quædam levia, cornea, sono- ra, quæ serpendo crepitant, monent- que incolas, qui ejusdem occursum effugiant. Ejusdem mortui certissimum remedium esse dicitur Seneca, radix

nimirum plantæ cujusdam quæ poli- gala genus est in Virginia degens, quam e tenebris detexit, illustravit- que a Senatu Anglicano præmio ac- cepit Dominus Tenentius, alioque morbos Pleuritic præsertim debellare validissimam esse demonstravit; de quibus vid. Dissert. de radic. Senec. in amenitatum, academ. Linnæi Tom. II. pag. 126.

#### 44. VIPERA COBRA DE CAPELLOS, NAJA dicta.

NAJA seu Coluber scut. 193. squam. 60. *Linn. gen. 109. spec. 253.*

LOC.



LOC. India Orientalis, Zeylona præfertim.

PHARM. Lapis Cobra.

QUAL. plano-ovalis, cinereo-nigricans, alba macula notatus.

PRINC. Terra multa, parum gelatinæ, & falis volatilis animalis.

PRÆP. Frustula alkalizata.

VIS. Abforbens; alexipharmaca? diaphoretica?

USUS. Ictus venenati; Febres malignæ.

USUS PRÆC. Morsus Najæ.

COMP. Lapis Goa Locheneri.

DOSES. Bezoaris Lap.

JUDIC. Apud nos inusitatus, rarus, superfluous.

Serpens Cobra ex fusco, & albo variegatus est, ad duos pedes, & dimidium longus, rostro oblongo instruitur, ac capite plano diademate quasi, seu conspicillo insignitur; in America hominibus infensissimus degit, ut intra horam demorsu intereat. Afferunt quidam in hujusmodi cranio lapidem latitare abforbenti virtute donatum, qui vulnere ab ipso inflicto admotus statim venenum abforbent, de quo ancipites sumus; verumtamen venales nostros lapides ex ossibus Bovinis semiustis confectos esse sibi suadent infirmis viribus pollere. Ei specificum remedium esse ajunt

radicem serpentum, lignum etiam colubrinum, seu mungos radicem, di-  
gum, quæ apud Botanicos, ophi-  
rhiza species est zeylona, java, & lu-  
matra crescens, quam indicavit Mu-  
stela quædam mungos pariter dicta dum  
cum Naja bellum gerendo ab ipso de-  
morfa eam comedere satagebat, ut sta-  
tim a veneno liberaretur, bellumque  
ut ipsi mos est, renovare valeret.

Præterquam quod hoc lignum, ce-  
teroquin apud nos rarissimum, contra  
febres malignas, alioque teterrimos  
morbos exitium putant, cujus virtu-  
tes fusius apparent in Tom. II. Amzn.  
Accad. L. pag. 100.

CLAS-



CLASSIS III.  
P I S C E S

*Bellua Marina.*

45. BALÆNA VULGARIS.

BALÆNA fistula in medio capite, dorso cauda versus acuminata. *Arted. gen. 76. synon 106.*  
Loc. Mare Atlanticum, Groelandicum, fretum Davidicum.

PHARM. Priapus ceti.

QUALIT. Durus.

PRINC.

PRÆP. Limatus.

VIS. Subadstringens; aphrodisiaca?

USUS. Fluor albus; Profluvia.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSES. - - - - - ℥ß. ad ℥j.

JUDIC. Prorsus inusitatus, ridiculus, superfluus.

Ea est Balænarum species, quæ ceteras magnitudine superat, & præ aliis ad utus æconomicos venit, de qua Angli, Cantabri, Vindelici, & alii piscationem præsertim instituunt.

46. BALÆNA CETE.

CATODON fistula in cervice. *Arted. synon. 108.*  
Loc. Mare septentrionale, Norvegicum.

PHARM. 1. Spermaceti. 2. Ambra grisea interdum in intestinis latitans.

QUAL. 1. Substantia est alba, sebacea, sicca, squamis quasi composita.

PRINC.



PRINC. Oleum animale tenuius; nonnihil principii salini?

VIS. Lubricans, demulcens, emolliens, resolvens, expectorans, antispasmodica, anodyna, cosmetica.

USUS. *Interne*, Tuffis; Raucedo; Asthma; Pleuritis; Peripneumonia; Stranguria; Dysuria; alvi Obstructio; Dysenteria; Tormina infantum; dolores omnes Cardialgici; Colici; &c. *Externe* Mammarum, aliarumque partium Tumores; Angina; Strumæ; Hemorrhoides; Pustula Variolosa; Cutis asperitas; &c.

USUS PRÆC. *Intrinfecus* Pleuritis; *extrinfecus* Mammarum Tumores; Lac grumatum.

COMP. Emplastrum de sperm: cet.; Pulv. contra casum, Unguent. potabil. rubr.; clysteria; potmata,

DOSES.

JUDIC. Usitatissimum; præstans,

Spermaceti olim semen Balanarum muliebri post coitum effusum esse augebant; nunc cerebri partem pinguedinosam, seu melius, adipem subtiliorem intra meningis arachnoideam, & corticalis anfractus insitam, esse tradunt.

Cerebrum enim, quod in hac specie tertiam corporis partem adæquat, in cacabis leni fundant igne; verum in conis cavis infunditur donec par-

tes humidiores, & aquosæ ab Oleosis magis fecernantur, deinde in lixivio pluries maceratur, ut perfecte albefcat; tandem loco umbroso probe exsiccatum; & in frustula excisum prostat.

Veteres suum sperma ostendebant Althantos dictum, crassior erat substantia, pinguedinosa flava, rancescens ex bellua quadam marina emortua supra litora probabiliter superstitite.

47. BALÆNA NAHRVVAL, seu MONOCEROS marinum.

MONODON, *Arted. gen. 78. Syn. 118.*

LOC. Mare Atlanticum.

PHARM. Unicornu crudum.

QUAL. Inspidum, inodorum, durum, in spiram incisum,

PRINC.

PRINC. Eboris.

PRÆP. c. raspatum, pptum, destillatum.

VIS. Absorbens; subadstringens; cordialis? cephalica? alexipharmaca?

USUS. Hæmorrhagia; Fluxus omnes; Dysenteria; Pestis; Epilepsia.

USUS PRÆC.

COMP. Specif. cephal.; Pulv. epilept. Marchion.; Pannonic. rubr.

DOSIS.

JUDIC. Inusitatum, superfluum, superstitiosum, pretiosum.

Unicornu verum ex maxilla inferiori ceti Nahrval dentium more prodit. Viribus cum ebore convenit: ipsum tamen duritie, albedine, & pondere superat. Interdum ex Elephantum dentibus ficticia unicornua construunt compaginis firmitate dil-	linguenda. Idem est, quod pro Liocorni cornu in Museis adseruatur; Balanzæ teterimus hostis etiam majores suo cornu in ventre perdit: immo cymbas, & naves ipsas navarchorum testimonio quandoque terebrat.
---	--

## 48. MANATI, seu VACCA Marina.

TRICHECHUS. *Arted. syn.* 109.

LOC. Mare Occiduum circa Americæ ora.

PHARM. I. Lapis, seu os petrosum piscis Manati,  
2. Adeps?

QUAL. I. Durus, albus; quadantenus subrubrus.

PRINC. Eadem dentium Hippopotami, &amp; eboris.

PRÆP. ⚊.

VIS. I. Absorbens; lithonthryptica? emetica? antifebrilis?

USUS. I. Calculus, Febres intermittentes.

USUS PRÆC.

COMP.

Do-



DOSIS. - - - ℞. ad - ℞j.  
 JUDIC. I. Inusitatus, iners, superfluous.

Bellua hæc marina binis anterioribus pedibus instruitur, pilisque referta est; herbis interdum vescitur, quas litorea alunt: quapropter quidam amphibii, alii etiam quadrupedibus adscripserunt; neutris assentiri sane contendimus; ejusdem pinguedo id singulare habet, quod difficillime rancescit.

49. PHOCA, BOS, seu VITULUS Marinus.;

PHOCA. Dentibus caninis tectis. *Fam. Suec. II.*

LOC. Mare Indicum utrumque, Mediterraneum etiam.

PHARM. I. Axungia. 2. Pellis.

QUAL. I. Pinguis.

PRINC. anim. comm.

VIS. I. Emolliens; anhysetica? emenagoga?

USUS. Suffocationes uterinæ; mensium suppressio.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS.

JUDIC. I. Inusitata, superflua.

Phoca pedibus quatuor donata est, pilisque obtegeta rupes, scopulosque prolatibus habet; herbis pascitur, & Amphibia ipsam plures recensuerunt. alimenterum causa frequenter litora petit. Vitulum nostrum non parum imitatur, quare non immerito inter Amphibia ipsam plures recensuerunt.

50. CANIS CARCHARIAS, seu LAMIA.

SQUALUS dorso plano dentibus plurimis ad latera ferratis. *Arted. gen. 70. syn. 98.*

LOC. Mare Mediterraneum, & Oceanum.

PHARM. I. Cerebrum. 2. Dentes, (Glossopetrae alias dicti.

QUAL. I. Albissimum.

PRINC. anim. comm.

PRÆP.

PRÆP. I. exsiccatum, & pulverizatum.  
 VIS. I. Lithonhryptica? anthysterica? anodyna?  
 USUS. Calculus; Partus difficilis; dolor Colicus.  
 USUS PRÆC.  
 COMP.  
 DOSIS. i. - - - g. xij. - ʒj.  
 JUDIC. I. Inusitatum, iners, frustraneum.

Inter pisces ferocissimus est, ceteros enecat, esurienterque ingurgitat. Immo humanæ carnis ita famelicus, ut si quis in mare prolabatur, quod hæ belluæ inhabitent, illum pro perdito habeas.

Eumdem esse plures testantur, qui Jonam in ventrem recepit; incolu-  
 memque post triduum supra litora evo-  
 mavit.  
 De hujusmodi dentibus crudis, vel  
 petrefactis jam alibi differimus.

*Bellua aquæ promiscuæ.*

51. **I**CHTHYOCOLLA, HUSO, seu STU-  
 RIO major.

ACIPENSER tuberculis carens. *Arted. syn. 92.*

LOC. Mare Germanicum, & Rhutenicum, tum flu-  
 mina maxima ejusdem Imperii, & in Germania  
 Danubius.

PHARM. Ichthyocolla, seu piscium Colla.

QUAL. Glutinosa membranam referens.

PRINC. Multum mucilagines, & glutinosæ sub-  
 stantiæ paucio oleo remixte.

VIS. Agglutinans, incrassans, attemperans.

USUS. Fluores omnes alvini, & sanguinei; Dy-  
 senteria; Hæmorrhagia; Hæmoptysis, Ulcera oris,  
 gutturis, & pulmonum.

USUS PRÆC. Humororum Resolutio, & Acrimonia.

COMP. Emplastr. Diachylon. magn. Pharmac. Pa-  
 risien. ; Troch. Myrepsi contra Hæmoptysim.

DOSIS.

Ju-



JUDIC. Admodum præstans parum tamen usitata.

Colla piscium ebullitione e pelli-  
bus, pinnis, & intestinis extrahitur;  
nec parum prodesse in morbis resolu-  
tionis; sed jam obsolevit, & ad me-  
chanicos usus tantum usurpatur.  
Ex hoc enim piscis præsertim gene-

re Caviar parari solet, quod ova sale  
condita aliquantisper exsiccata frequen-  
ter præstant, cibumque præbent grati-  
non solum saporis, sed pro religionis  
ritu apud illos commodissimum.

52. ACIPENSER, seu STURIO minor.

ACIPENSER corpore tuberculis spinosis aspero.  
*Arted. gen. 65. syn. 91.*

LOC. Europæ omnis litora, & fluminum grandio-  
rum ostia, Padus præsertim, Garumna, Volga,  
& Ister, verum etiam mare Caspium, Pontusque  
Euxinus.

PHARM. 1. Spinæ dorsales; 2. Caviar.; 3. Ichthyo-  
colla spuria.

QUAL. 1. Cartilagineæ; 2. nigrum, grannosum,  
sapidum succulentum, ex ovis sale conditis con-  
flatum; 3. glutinosa, difficilius quam Ichthyocol-  
la vera in aqua solubilis.

PRINC. 1. Multum mucilagineæ, & gelatinosæ  
substantiæ; 2. multum salis volatilis, & marini  
adventitii.

PRÆP. 1. Pulverizatus.

VIS. 1. 3. Glutinans, incrassans, 1. diuretica? li-  
thonthryptica; 2. aphrodisiaca.

USUS. 1. Arthritis; Calculus; 2. Impotentia vi-  
rilis; Anorexia; 3. Dysenteria; Diarrhœa; Ma-  
rasmus.

USUS PRÆC.

COMP. 3. Ceratum Dyachilon?

Do-



DOSIS. I. - - - - - ℞j. - ℞j.

JUDIC. I. 2. 3. Inusitata, 3. superflua.

Partim mare, partim fluminibus de- | Sturiones proprie dictos; majores, qui  
git; maximus est inter cartilagineas; | in Imperio Ruthenico reperiuntur Hu-  
qui fluvia ingrediuntur, minores ta- | mo nuncupant.

*Pisces marini edules minores.*53. **MORHUA**, seu **MERLUCIUS**, aut **MASELLUS** major.**GADUS** dorso tripterygio ore citrato, cauda sub æquali radio primo spinoso. *Artad. syn. 35.***LOC.** Maris Septentrionalis; Norvegiæ litoralia præfertim.**PHARM.** I. Dentes; 2. Lapidés capitis; 3. Muria, in qua condiuntur.**QUAL.** I. 2. Dura, inodora, insipida, 3. salita.**PRINC.** I. 2. Terra multa, gelatinosæ substantiæ paucissimum, sal marinum adventitium.**VIS.** I. 2. Absorbens, subadstringens; 3. exsiccans, stimulans, purgans.**USUS.** I. 2. Hæmoptysis; 3. Ulcera; alvi Sægnities.**USUS PRÆC.****COMP.** 3. Clyster. stimulant.**DOSIS.** superflua.**JUDIC.** I. 2. Inusitata; I. 2. 3. superflua.

Œconomicis usibus frequentissimus, | **MASELLUS** minor, seu piscis mol-  
ab Anglis, Danis, aliisque Septem- | lis hic recensendus, similes possidet  
trionalibus Incolis captatur; ejusque | vires; lapides, quos in capite conti-  
mercimonium luerosè exercetur, ac | net, lithontripica virtute donari  
sub nomine Stokfish venit. | putant.



## 54. HARENGHUS.

CLUPEA maxilla inferiore longiore maculis nigris carens. *Arted. gen. 7. syn. 14. &c.*

LOC. Mare Balticum; & Britannicum.

PHARM. 1. Integer; 2. Intestina.

QUAL. 1. 2. Sapida, salita.

PRINC. Præter anim. comm. nonnihil falis marini adventitii.

PRÆP. cinis.

VIS. 1. Antifebrilis? antiphlogistica? diuretica?

USUS. Æstus Febrilis; Angina, Urinæ suppressio.

USUS PRÆC.

COMP. Cataplasm. nerv.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. Inusitatus, frustraneus.

Apud Septentrionales nationes magni lucri mercimonium præbat, Cibis enim Quadragesimalibus in Europa frequentissime cedit; ejusdem virtutes, si quæ sunt, ab adventitio sale marino derivantur.

CLUPEA (Chiepa vulgo) ab Harengo haud abfimilis est: modo marinas, modo fluviales aquas petit. Lapidem, quo caput intruitur, lithonchripyea facultate pollere dicunt.

## 55. ANGUILLA.

MURENA unicolor maxilla inferiore longiore.

*Arted. gen. 24. syn. 39.*

LOC. Europæ omnis flumina, lacus, stagna, tum ora maritima dulcibus aquis propinqua.

PHARM. 1. Adeps; 2. Hepar.

QUAL.

PRINC. Multum falis volatilis, olei, & viscoso-mucilagines substantiæ.

PRÆP. 2. Exsiccat., & pulverat..

VIS. 1. Emolliens; resolvens; acustica? 2. emmenagoga?

*Mat. Med. Contracta.*

Ec

USUS.



U<sub>S</sub>U<sub>S</sub>. Variolarum Stigmata; Surditas; 2. Fœtus emortuus; placentæ Retentio.

U<sub>S</sub>U<sub>S</sub> PRÆC.

COMP.

DO<sub>S</sub>IS. 2. ad libitum.

JUDIC. 1. 2. Inusitata; 2. magni faciendum?

Anguilla notissimus piscis, promiscue dulces, & salinas aquas inhabitat; pinguiores tamen in fluminibus crescunt, & inter menfarum delicias habentur. Existat species anguillarum eleganter variegata Muræna dicta, hac delectatus Lucius Licinius Consul Muræna nuncupatus fuit. Viviparum animal esse, & coitu generari Boecler. & alii recentiores docent. Sunt qui non immerito putant Medicis viperæ usibus, illam substitui posse.

### 56. HIPPOCAMPUS.

SYNGNATUS corpore quadrangulo pinna caudæ carens. *Arted. gen. I. n. I.*

LOC. Mare Adriaticum.

PHAR. Integer.

QUAL. Insectum marinum visu elegantissimum.

PRINC. Præter anim. comm. nonnihil salis marini?

PRÆP. Pulvis.

VIS. Lac revocans? anthelminthica?

U<sub>S</sub>U<sub>S</sub>. Lactis redundantia; Vermes.

U<sub>S</sub>U<sub>S</sub> PRÆC.

COMP.

DO<sub>S</sub>IS.

℞. ℥ss.

JUDIC. Exoletus, iners, frustraneus.

Officulis totus conflatu<sup>s</sup> est undepungendo, & sanguinem extrahendo lac derivare perperam quidam censent.

### 57. SEPIA.

SEPIA. Corpore ovato. *Famn. Suec. 1281.*

LOC.




LOC. Mediterranei, & Oceani litoralia.

PHARM. Os Sepiæ.

QUALIT. Leve, album, molle, inodorum, quæ dantenus subacre.

PRINC. Terra multa, salis marini adventitii paucissimum.

PRÆP. 

VIS. Absorbens, detergens, subadstringens, diuretica?

USUS. Gonorrhœa, Fluor albus, Febris intermittens, Calculus.

USUS PRÆC.

COMP. Pulv. dentifric. collyria sicca.

DOSIS. - - - - - ℞. ʒʒ.

JUDIC. Obsoletum, superfluum, frequens, mechanicum.

Sepiæ ossibus auri-fabri magis, quam lris adhibent in quibus sub diversis for-  
Medici utuntur, eaque enim pro modu. mis aurum, vel argentum fundunt.

*Pisces fluviatiles edules minores.*

§8. SALMO.

SALMO. Rostro ultra inferiorem maxillam sæpe prominente. *Arted. gen. 11. syn. 22.*

LOC. Britannix, Belgii, & cetera Europæ Borealis flumina.

PHARM. Fel.

QUALIT. Amarum.

PRINC. Anim. comm.

VIS. Abstergens, acustica?

USUS. Albugo; Tinnitus Aurium.

USUS PRÆC.

COMP.

℞ 2

℞



DOSIS. ℥℥. ℥j. ℥j.

JUDIC. Prorsus inusitatus, præstans? superfluum.

Ei maxime affines sunt:

FRUTTA. Quæ eandem plerumque cum Sulmone patriam cognoscit. Dentes, & adeps medicinæ inserviunt; hi diuretica, & lichenothyrica virtute præditi, hic emollienti facultate donatus: utriusque tamen apud Medicos obsoleti.

TYMALUS. Etiam in Gallia frequens: hujusmodi species est; cuius adeps interdum usurpatur.

## 59. LUCIUS.

ESOX. Rostro plagioplæteo. *Arted. spec. 53.*

LOC. Europæ ubique flumina, &amp; stagna.

PHARM. I. Mandibulæ, &amp; ossa capitis; 2. Fel; 3. Axungia.

QUALIT. I. Duræ; 2. amarum; 3. pinguis.

PRINC. Terreo-gelatinosa.

PRÆP. I. Præparata; 2. aqua destillata.

VIS. I. Absorbens, attemperans; 2. abstergens; 3. emolliens.

USUS. I. Pleuritis; 2. Albugo; 3. Catharus, &amp; Tussis infantium.

USUS PRÆC.

COMP. Pulv. pleurit: &amp; Dysenter; emulsiones diapnoicæ.

DOSIS. I. ℥j. ℥℥. ℥j.

JUDIC. I. 3. Usitata, superflua, 2. præstans.

Inter fluviatiles pisces voracissimus Lucius est, ceterosque pisces minores devorat. Interdum tantum exerecit, ut triginta librarum pondus expleat.

Lucii fel abstergenti sua virtute oculorum albugini non parum prodesse volunt.

## 60. CARPIO, seu REINA.

CIPRINUS. cirris quatuor, officulo tertio pinna- rum dorsi anique uncinatis *Arted. syn. 3.*

LOC. Europæ nostræ, Galliæ præsertim flumina, lacus Benacensis, &amp; alibi.

PHARM.

PHARM. I. Carpionis lapides, & os petrosuni;

2. Fel.

QUALIT.

PRINC. I. Terra multa subtilior.

VIS. I. Absorbens; antispasmodica? diuretica?

USUS. Epilepsia? Pleuritis? Colica? Calculus?

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. I. gr. v. ℥ss. ʒss.

JUDIC. Obsoleteus, iners, frustraneus.

Optimi est saporis, inter edulia frequenter maxime scateat, comedentibus inquantissimus; sed cum ipinis quam commodus evadit.

61. TINCA.

CIPRINUS. Mucosus totus nigrescens, extremitate caudæ æquali. *Arted. gen. 27.*

LOC. Lacus, stagna, & ubique Europæ nostræ flumina.

PHARM. I. Capitis, Lapides, 2. Fel.

QUALIT.

PRINC. Antecedentis.

VIS. I. Absorbens, diuretica? lithonthyptica? 2. accustica?

USUS. I. Primæ viæ Aciditas; Calculus &c. Ophthalmia.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. I. Antecedentis.

JUD. Exoleta frustranea.

Viscidum, densumque cibum præstat, sanitati obnoxium; cum enim in stagnis plerumque degat caro ipsa limi feculentum redolet; pauperibus frequentissime cibo cedit.



438 CLASSIS III.  
63. PERCA. Fluviatilis major, vel minor.  
PERCA. Lineis utrinque sex transversis nigris, pi-  
nis ventralibus rubris, *Arted. gen. 39. syn. 66.*  
Loc. Flumina ubique Europæ, & lacus.  
PHARM. Percarum Lapides.  
QUALIT.  
PRINC. Antecedentis.  
VIS. Absorbens, lithonthryptica?  
USUS. Pleuritis? Colica? Calculus.  
USUS PRÆC.  
COMP. Specif. cephal., Puly. pleurit., dentifric.  
DOSIS. gr. xii. ð. ii.  
JUDIC. Mandibulæ Lucii succedanei, cæteroquin  
superflui.

Hujusmodi piscis plures dantur spe- (spinoso instructæ; cujus icus perice-  
gies, utraq; tamen circa dorsum osseolus evadit.



CLAS-

# CLASSIS IV.

## TESTACEI

63. **O**STREUM vulgare,  
 OSTREA vulgaris exculenta *Petiv.* 822.  
 LOC. Mediterranei, & Baltici litoralia scopulosa.  
 PHARM. Testæ Ostrearum.  
 QUALIT. Subsalitum, ac sub calcinatione foetens.  
 PRINC. Terra multa calcaria, non nihil salis marini.  
 PRÆP. Pulver. calcinat.  
 VIS. Absorbens, antiacida, lithonhryptica? emenagoga? antifebrilis?  
 USUS. Primæ viæ Aciditas, Calculus, mensuum suppressio Febris.  
 USUS PRÆC. Acrimoniam absorbere.  
 COMP. Dentifric.  
 DOSIS. ℞. ʒj. ʒj.  
 JUD. Maxime absorbentes, parum usitatæ, superflua.

Hombergius in ostreis plura experimenta instituit, detexitque in his salis marini non exiguam copiam inesse, quoad externum præsertim corticem spectat. Calcinata vero principis pene omnibus spoliatur, & in acerrimam calcem abeunt; quare, si unquam pro medico usu adhibeantur, crudi exterior cortex erit antefendus. Suos calculos gerit, seu margaritas spurias, omni tamen elegantia destitutas.

64. **C**ONCHA MARGARITIFERA.  
 CONCHA. Mater unionum dicta *Bonan.* 93.  
 LOC. Sinus Persicus circa Bahreniam insulam.  
 PHARM. I. Margaritæ orientales, 2. Mater Perlarum.  
 QUALIT. I. 2. Calcarea aceto solubilia.  
 Ec 4 PRINC.



PRINC. I. 2. Terra multa alcalina, gelatinæ pau-  
cum.

PRÆP. I. 2. Aqua perlarum, seu confortativa,  
saccharum perlatum, magisterium, sal.

VIS. Absorbens, analeptica? antepileptica? cor-  
dialis? bezoardica?

USUS. Primæ viæ Aciditas, Dysenteria, Febres  
malignæ, Epilepsia, Lipothymia.

USUS PRÆG.

COMP. Emplast. stipt. Unguent. nihili oculorum,  
species diamargarit. pulv. pectoralis, conf. Al-  
kermes, mixturæ plures cordiales.

DOSIS. I. 2. antecedentis.

JUD. Nimis usitata, pretiosa, superflua.

Margaritæ olim summæ iactantiæ ac  
pretii, remedium fuit, & Magnati  
bus solummodo propinare mos erat,  
ac adhuc huiusmodi consuetudo quad-  
atenus superest, parum tamen utili-  
tatis iugiter medicinæ attulit; neque  
præter antacidam, & absorbentem  
virtutem ulla alia hæc concreta pol-  
lere censemus. De huiusmodi origine  
varia disputantur: quidam margaritas  
rorem esse putant matutinis horis in-  
tra valvas in guttulas receptum, &  
temporis diuturnitate in perlas indu-  
ratum. Alii sperma ipsum animantis  
esse concretum autumant. Rationabi-  
lior tamen sententia est, quod succus  
ad testarum nutritionem destinatus ab  
animale secretus organi defectu, aut  
redundantia vel internæ superficiæ  
parietibus in globulam formam erum-  
pat, vel calculorum more in ipso or-  
streæ corpore morbosè concresecat. His  
addi possunt margaritæ occidentales,  
& Scotiæ; utraq; minori pretio,  
atque existimatione prostant; priores  
in sinu Mexicano, & circa Antillas  
piscantur; posteriores Scotiæ, &  
Bavariæ reperiuntur ex pluvialibus  
conchis depromptas.  
Aliæ adsunt tamen Conchæ e My-  
tutorum, & Pinarum bivalvium ge-  
nere suos calculos, aut margaritas,  
quamvis inelegantes preferentes.

## 65. CONCHULÆ VENEREÆ.

CONCHULA. Cypriæ *Lin. gen.* 285. &c.

Loc. Oceanum circa Bahusiam, & mare Indicum.

PHARM. Conchulæ cytheriæ.

QUALIT. Calcarea.

PRINC.

VIS. Absorbens, attemperans.

USUS. Primæ viæ Aciditas.

USUS

U<sup>S</sup>US PRÆC.  
 COMP. Dentifr.  
 DOSIS. Superflua.  
 JUD. Prorsus frustranea.

Elegantissima sunt vulgo ( porcellette ) alibi pro nummis adhibentur.

66. MYTULUS.

CONCHA. Seliniformis lævis Lang. 24.

LOC. Ubique maris obuius.

PHARM. Testæ.

QUALIT. Antecedentis.

PRINC. Alkalina.

VIS. Absorbens, antacida, antifebrilis? diuretica?

U<sup>S</sup>US. Acidum exuberans, Febris tertiana, urinæ suppressio.

U<sup>S</sup>US PRÆC.

COMP. Collyria sicca.

DOSIS. - - Dj. ʒß.

JUD. Inusitatus, superfluus, suspectus.

Ex Verloffi scriptis colligitur mytulos interdum variis morbis esse obnoxios, & tunc venenosam qualitatem induere, ut si illis vescamur, anxietatibus, convulsionibus, & ex-

anthematibus corripimur; idem valet sermo de aliis pluribus edulibus Testaceis, qui similibus morbis quandoque laborant.

67. UMBILICUS MARINUS.

OPERCULUM. Officinis Umbelicus Marinus dictum Bellon. 430. Monti 6.

LOC. Mare Mediterraneum.

PHARM. Cocheleæ operculum.

QUALIT. Numum representans.

PRINC. Antecedentis.

VIS.



CLASSIS IV. T

**442**  
**VIS.** Absorbens, diuretica?  
**USUS.** Profluvia, urinæ suppressio  
**USUS PRÆC.**  
**COMP.** Unguent. adstringent. quorund.  
**DOSIS.** Superflua.  
**JUD.** Proflus frustraneus.

Aliquando in anulis gemmarum vices gerit.

68. BLATTA BYZANTINA.

**UNGUIS.** Odoratus Lemer.  
**LOC.** Orientis lacus.  
**PHARM.** Conchylii cujusdam operculum.  
**QUALIT.** Recens nardum, combusta cornu redolens.  
**PRINC.** Præter testaceor. comm. partium aromaticarum ulla portio?  
**PRÆP.** ⚭  
**VIS.** Absorbens, purgans? anthysterica?  
**USUS.** Viscerum Obstructio; Hysterismus.  
**USUS PRÆC.**  
**COMP.**  
**DOSIS.** Superflua.  
**JUD.** Inusitatum, incertum, rarum, superfluum.

Referunt in Jacobus nardo depasci in Oriente obvio, a quo vires odorantur; alibi in petrefactorum serie enuntjata cum parum viribus a Montanis differant.  
**DENTALIA** hic recenseri me-

69. CONCHA FLUVIATILIS, seu LACUSTRIS.

**LOC.** Flumina ubique.  
**PHARM.** Testa.  
**QUALIT.** Interne margaritarum colore, externe quisquiliis referta.

**PRINC.**

PRINC. Ocul. c. c.  
 USUS. Acida, Saburra, Febris intermittens,  
 USUS PRÆC.  
 COMP.  
 DOSIS. Chil. C. C.  
 JUD. Ocul. c. c. succedaneum, tamen superfluum.

In Scotia, & Bavaria Conchæ quæ margaritas quamvis inelegantiores o-  
 dam fluviatiles gignuntur, quæ suas attendunt.

## 70. COCHLEA TERRESTRIS.

COCHLEA. Pomatia *Genf. 253.*

LOC. Europa in hortis nostris culta, frequens.

PHARM. I. Integra, 2. testæ.

QUALIT. Inodora, insipida, calcarea.

PRINC. Multum olei, non parum phlegmatis viscosi, atque salis volatilil.

PRÆP. Juscula, aqua limac.

VIS. Profluvia, Marasmus, Tumores arthritid; urinæ Suppressio; Febris maligna, Calculus.

USUS PRÆC.

COMP. Aq. pectoral. Pharmacop. Parisien, lithon-  
 thrypt. Madamæ Stephens, Cataplasmata, col-  
 lyria.

DOSIS. I. Antecedentis,

JUD. Neque exoleta, neque contemnenda.

Multa quidem de hujusmodi generatione Historiæ naturalis Scriptores referunt; id tamen maxime adnotatu dignum erit, quod Cochleæ omnes Androginae sint. In Febris malignis quandoque sinapismi more plantis pedum contritæ admoventur, ut ægri a sopore excitentur.

LIMAX nuda hic recensetur, quæ præter Testam ejusque absorbentem virtutem in omnibus cum Cochleata collinat.



## Crustacei.

## 71. CANCER MARINUS.

- C**ANCER. Brachyurus thorace utrinque obtuso  
 applicato manibus apice atris *Lin. gen. 239. spec. 18.*  
**LOC.** Ubique Oceanum Mediterraneum, & mare  
 Indicum præsertim.  
**PHARM.** Chele, seu Apices Chelarum cancrorum;  
 Lapidés cancrorum.  
**QUALIT.** Inodora, insipida, calcarea.  
**PRINC.** Testaceor. comm.  
**PRÆP.** ☉ Chele præparat.  
**VIS.** Absorbens, alexipharmaca? diaphoretica?  
**USUS.** Hypochondriasis, Variolæ, Pestis.  
**USUS PRÆC.**  
**COMP.** Pulv. ocul. cancr. simplex; Comp. seu Be-  
 zoard. anglic. aut comitiss. de Kent. Mixturæ  
 plures cordiales.  
**DOSIS.** Subsequentis.  
**JUD.** Parum usitatus, rarus, superfluous.

Cancer ille est, quem vulgus (Gran- | Medicos chele cancrorum vocabulum  
 ciporo) appellat; facile tamen cum | utrorumque chelas significat, quæ  
 Astaco, Camaro, aut Cancro fluvia- | apud nos extant plerumque ex India  
 tili auctores confundunt. Immo apud | Orientali asportantur.

## 72. CANCER FLUVIATILIS, OFFIC.

- C**ANCER. Macrourus thorace lævi, rostro lateri-  
 bus dentato, basi utrimque dente unico *Lin. gen.*  
*239. spec. 43.*  
**LOC.** Europæ totius fluvia fœgniora Hungariæ Li-  
 thuaniam &c. verum Tartariæ, & Indiæ copiosio-  
 res.  
**PHARM.** Lapidés oculi cancrorum perperam dicti.

Q U A-



QUALIT. Duri, albi, in rubrum vergentes, aut  
cœrulefcentes ex una parte sinuati, ex altera con-  
vexi, odore, & sapore destituti, calcarei ab aci-  
dis solubiles.

PRINC. Terra copiosa, tenerrima, alcalina; pau-  
ca substantia gelatinosa, falis volatilis paucissi-  
mum?

PRÆP. β ppti; Δ acido vegetabili edulcorati; †  
jus cancerorum; Magisterium.

VIS. β Absorbens, subadstringens, edulcorans;  
Δ aperiens, diuretica, deobstruens, diaphoreti-  
ca? † nutriens.

USUS. β Primæ viæ, & humorum Acrimonia;  
Δ urinæ Suppressio; Ulcera renum, & Vesicæ;  
Calculus, viscerum Obstructio; † Marasmus,  
Phthisis.

USUS PRÆC. Ventriculi Saburra.

COMP. Pulv. pleurit. stomach. chel. cancr. ocul. c. c.  
comp. absorbent. w del comitis. de Chent. emul-  
siones plures cordial.

DOSES. β. ℞j. ℞ij. ℞ijj.

JUD. Usitatissimi, ceteris absorbentibus præstantio-  
res.

Caneer uti omni crusta quotannis  
spoliatur nova; illa secedente, suc-  
trecendo ita ventriculum innovat;  
& dum recens circa veterem produ-  
citur huic parte sua sinuata adhzre-  
scentes lapides duo generantur, qui  
tandem post veteris stomachi expul-  
sionem, aut eliminantur, aut a novo  
comminuuntur. Idcirco ante integram  
novi organi constructionem, quod ca-  
niculari tempestate evenire solet, la-  
pides sic dicti oculi c. c. erunt sedu-  
lo colligendi.

Fraude interdum venum tradunt si-  
mili habitu lapides e terra quadam  
calcareæ, & gummi tragochantha com-  
positos, qui tamen facile pondere ma-

jori, aut analysi distinguuntur.\*

Pars ipsorum gelatinosa a terrea fa-  
cile feceritur acidi cujusvis ope, qui  
integros lapides edulcorando, & sub-  
stantiam alcalinam sibi associando par-  
tem gelatinosam mollem distinctam re-  
linquit.

Genuini cetera absorbentia; ( ovo-  
rum tellis fortasse exceptis ) in hac  
facultate superant; ac pro usu medi-  
co sufficerent, ut ceteras hujusmodi  
substantias a Pharmacopœis ablegare-  
mus.

Olim veri oculi c. c. pro lapidibus  
usu veniebant, & Amuletorum instar  
gutturii aliique partibus inflammatis  
admovebant.

CLAS-

uso  
18.  
are

m;

Be-  
uræ

lum  
quæ  
ndia

eri-  
gen.

Li-  
fo-

si.



# CLASSIS V.

## A V E S.

73. **AQUILA.**

**CHRYSÆTHOS.** *Aldrov. Ornitho. I. 100.*

**LOC.** Europæ Borealis montium cacumina.

**PHARM.** 1. Fel, 2. Cerebrum ? 3. Adeps? 4. Excrementa ?

**QUAL.** 1. Amarum; 2. Siccum.

**PRINC.** Præter anim. comm. multum salis lixiviosi ?

**PRÆP.** 2. Pulvis; 4. combusta.

**VIS.** 1. Abstergens; 2. antepileptica ? 3. emolliens; 4. anthysterica?

**USUS.** 1. Albugo; 2. Epilepsia; 3. tendinum Rigiditas; 4. Hysterismus.

**USUS PRÆC.**

**COMP.** 4. Suffumigia.

**DOSIS.** 1.

℞. ℥j.

**JUDIC.** 1. Præstans; 1. 2. 3. &c. exoleta, superflua.

Avium omnium Regina pro animositate sua, ac magnitudine merito nuncupatur; earum tamen edacissimam rationabilius appellare mallet. Huic plures species ex rapacium genere affines sunt, quæ vix, aut ne vix quidem, quoad medicinam spectant, recenseri merentur tamen.

**ACCIPITER** seu **NISUS** in Europa Boreali degens ungulas, excrementa, & adipem medicina suspectat: olim contra Dysenteriam illas usitatissimas; sterces vero contra oculorum morbos, posterior denique inter cosmetica recensebatur, quæ nunc a rationabili usu obsoleverunt.

Frigidus infestissimus est, ac pro

venatione aucupes facile cicurat.

**OTTIS** seu **OTTARDA** adipem, & sterces præbet, olim apud Medicos alicujus usus; ille emollienti virtute donatus, hoc contra Scabiem proficuum, apud nos tamen exoleta.

Peregrina avis est, habitu anserem æmulatur, sed animo accipitres; pullos rapit, & turmatim progredi solet.

**NOCTUA** turres proceres, & rudera deserta inhabitans adpectu, horribilis est, diurna luce absconditur, nocturnis tenebris huc, illuc rapina causa volitat; Carnem, fel, & adipem præstat, nullius utriusque peno usus; caro tamen unguent. paralyt. Paulin. ingreditur.



## 74. PICA.

PICA varia caudata. *Aldrov. I. 784.*

LOC. Europa ubique, pagi.

PHARM. Integra.

QUAL.

PRINC. Anim. comm.

PRÆP. Cinis.

VIS. Cephalica? ophthalmica?

USUS. Epilepsia; Hypochondriasis; oculorum Morbi.

USUS PRÆC. Melancholia.

COMP.  $\beta$ . Aqua pic. comp. collyria.DOSIS.  $\beta$ .  $\zeta j$ - $\zeta ij$ .JUDIC.  $\beta$ . Olim usitata, nunc exoleta, frustranea.

Picam voracissimam esse experimus; facile cicuratur, loquacissima est: linguam nostram cito addiscit, & Magnatibus delectationem præfert; ad Corvi tamen genus referri potest, quare ei affinis est.

CORVUS ubique obvis, qui cinerem, adipem, sanguinem, & ovorum testas inutiliter medicinz suppeditabat; nunc nostrum contemptum inter Aves meretur, cadaveribus enim frequenter vescitur, ac delectatur.

PICUS VIRIDIS subsequitur

plumarum elegantia potius, quam strutura diversus, ossa subministrabat, absorbenti virtute, atque lithonhryptica donata, quæ nunc Medici negligunt. De ipso narrant lingua arbores perfodere, hanc tamen, si quæ est ei, facultatem rostro potius tribuimus.

CUCULUS externo habitu rapaces aves imitatur, animo tamen ab illis discrepat, excrementa hujusmodi intermittentes Febres profigare immerito censebant.

## 75. STRUTHIO.

STRUTHIO-Camelus. *Aldrov. I. 104.*

LOC. Africæ, &amp; Asiæ deserta; Libiæ præsertim, &amp; Arabiæ.

PHARM. 1. Adeps; 2. ovorum testæ; 3. interna ventriculi tunica.

QUAL. 1. Pinguis, 2. calcarea.

PRINC. Anim. comm.

PRÆP. 3. Pulveriz.; 3. arefacta.

VIS. 1. Emolliens, anodyna; 2. absorbens, diuretica, lithonhryptica? 3. tonica?

U s s



USUS. Lien obstructus; dolor Nephriticus; 2. Calculus; 3. ventriculi Imbecillitas.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. 1. 2. &c. Inusitata, superflua.

Ceteris avibus magnitudine præcellit; ipsi enim volitandi facultate negata; cursu velocissimo procedit; ova uberrima gignit testis durissimis instructa, quæ poculis fabricandis interdum cedunt; plumis etiam elegantissimis ornatur, quibus procerum thalami, pilei, & stabella superbiunt. Ferri, & aliorum metallorum frustula, ut ceteris avibus mos est, struthiones deglutiant: iisque ad comminuendum cibum conducunt, ceteroquin eorumdem ventriculum metalla solvendi potis esse decipimur.

## 76. GRUS.

GRUS. *Aldrov.* 3. 324.

LOC. Ab Europa boreali ad meridiem transmissans.

PHARM. 1. Caro; 2. Adeps; 3. Fel; 4. Caput.

QUAL.

PRINC. Anim. comm.

PRÆP. Arefact. & pulveriz.

VIS. 1. Carminativa; 2. resolvens; 3. abstergens.

USUS. 1. Colica ventosa; 2. Rheumatismus, Sorditas, 3. Albugo; 4. Fistula gangrenosa?

USUS PRÆC.

COMP. 3. Collyria.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. Exoleta, ridicula, frustranea.

Lubrico fundamento superstruata sunt, quæ de Gruum excubiis, deque lapide, quem altero pede insistentium suspensum tenent. Inter aves transmissantes recenseri merentur.

CICONIA stagna lacusque inhabitans, quam inter edulia belluones commendant, præter carnem, & excrementum, sanguinem medicinx subministrabat; quam Paracelsus, & alii

eiusdem Scholæ Medici contra Venena, & Pestem citra rationem magni faciebant; quare electuarium antipestiferum Crolli, & antidotum de sanguine Paracelsi ingrediebatur.

ARDEA CINEREA fluvialibus pariter avis, excrementum præsertim contra visus hebetudinem, & surditatem olim sufficiebat.

77. ANAS.



## 77. ANAS.

BOSCHAS major five ANAS torquata minor.

*Aldrov.* 3. 284.

LOC. Europæ nostræ stagna, lacus, flumina, ubique cicur.

PHARM. 1. Integra; 2. Hepar; 3. Adeps; 4. Sanguis?

QUAL.

PRINC. Præter anim. comm. eminent sal volatilis?

PRÆP. 1. Viva dorso difecta.

VIS. 2. Subadstringens; 3. emolliens, 4. alexipharmaca?

USUS. 1. Colica flatulenta; 2. Fluxus hepaticus; 4. Serpentum ictus.

USUS PRÆC.

COMP. 3. Unguent. pectoral.; resumtiv.

DOSIS. Superflua.

JUDIC. 3. Anseris succedaneus; 1. 2. 4. obsoleta, frustranea.

Sylvestris tum pro eduliis, cum pro medico usu seligitur.

CYGNUS, cujus caro, adeps, & cutis nervina, & cosmetica virtute medicinz cedunt; rostro fortassis, & raritate a vulgari anate differt; non

piscibus, sed herbis, & feminibus plerumque vescitur. Sonorum cantum, quem morti proximos Cygnos edere dicebant, Græcorum signentis Recentiores tribuunt.

## 78. ANSER.

ANSER domesticus. *Aldrov.* 3. 102.

LOC. Ubique Europæ cicur.

PHARM. 1. Stercus, 2. Axungia, 3. Sanguis.

QUAL. 2. Pinguis.

PRINC. 1. Salis ammoniacalis aliqua portio? multum olei, & salis volatilis.

VIS. 1. Incidens? antifebrilis? 2. emolliens? anodyna? purgans, 3. alexiteria?

USUS. 1. Urinæ, & menstruorum Suppressio, Febris

*Mat. Med. Contracta.*

F f

bris



bris quartana, Icterus; 2. Paralysis; & Alvus constipata; 3. Venena.

USUS PRÆC.

COMP. 1. Aqua ophtalmic. Massimil. 2. Unguent. rephumt.

DOSIS. 1. ℥j. ʒij.

JUDIC. Parum usitatus, superfluous.

Hyosciamus, amygdalus amara, & Plumæ majores calamos præbent; omnes narcoticæ plantæ anseribus minores mollia stragula subministrant; mortem inferunt.

### 79. PAVO.

PAVO. *Aldrov.* 2. 8.

LOC. India Orientalis, Zeylona, & alibi.

PHARM. 1. Stercus, 2. Caro, 3. Fel, 4. Plumæ.

QUAL.

PRINC. Anim. comm.

PRÆP. 1. Infusio vinosa, 2. juscula, 4. adustæ.

VIS. 1. Nervina? 4. lithonthryptica? & antiphlogistica? 3. abstergens, 4. anthysterica.

USUS. 1. Epilepsia; Vertigo; 2. Calculus; Pleuritis; 3. Maculæ oculorum; Ophtalmia; 4. Hysterismus.

USUS PRÆC. Epilepsia.

COMP.

DOSIS. 1. ℥j. ʒj.

JUDIC. Rarioris usus, superfluous, edulis, 2. 3. 4. Exoleta.

Aves omnes venustate superat, elegantissimis pennis coloratis superbit, VANELLUS circa rivulos arboribus oblitos frequentius reperitur, etiam si mole admodum a Pavone dissimilis sit; plumarum tamen elegantia ab illo paululum distat, qua de causa quidam ipsum (Pavoncello) appellaverunt. Caro ejusdem cephalica virtute prædita apud Medicos incausum recensetur;

UPUPA, seu AVIS PARADISI inter sterquilinia plerumque degens, stercus etiam redolet; plumis pulcherrimis circumcingitur, quibus non parum corporis molem extendit; pennis tamen exuta tres unciarum pondus tantum explet.

Ex Upupa junipero decocta juscula extrahunt, quæ Colicæ prodesse asserunt.

80. GAL-



A V E A S

80. GALLUS, GALLINA, CAPO.

GALLUS gallinaceus. *Aldrov.* 2. 183.

LOC. Asia, Africa, & Europa ubique cicur.

PHARM. 1. Caro; 2. Adeps; 3. Ovorum vitella,  
4. Albumen, 5. Testa, 6. Stercus.

QUAL. 1. Sapida, succulenta, 2. pinguis, 3. oleo-  
sa valde, 4. glutinosum, 5. calcarea, 6. nau-  
seabundum.

PRINC. 1. Anim. comm. 2. 3. multum olei ani-  
malis, 4. phlegma multa, 5. alcalina, pauca ge-  
latina refertur.

PRÆP. 1. Juscula, gelatina, essentia, 3. oleum 5.  
preparata, calcinata.

VIS. 1. Nutriens, incrassans, 2. emolliens, 3. de-  
mulcens, anodyna, cicatrizans, 4. tonica, 5. ab-  
sorbens, subadstringens, diuretica; 6. stercoris  
columbini.

USUS. 1. Marasmus; Phthisis; 2. Otalgia; Aphtæ;  
Pustula variolosa; 3. Tussis; Ulcera; Dysente-  
ria; 4. Collisio; Ophthalmia; 5. prima viæ Aci-  
ditas; Calculus.

USUS PRÆC. 3. Ulcera; Dysenteria, 4. Ophthal-  
mia.

COMP. Unguent. album; martiatum; pectorale;  
resumtivum, Lithonthrypticum Dom. Stephens;  
clysteria demulc. &c.

DOSIS. 5. ocul. C.C.

JUDIC. 1. 2. 3. &c. Præstantia, usitata, 6. obso-  
letum.

Omnibus notissima est Gallinaceo-  
rum familia inter edulia non solum,  
sed & Principum delicias. Angli enim  
inter gallos certamina instituunt; pro  
quibus Amphitheatra publice extruun-  
tur. Quas vero de Leone galli can-  
tum pertinetente fabulas enarrant;  
lubrico fundamento inniuntur. Quo-  
ad historiam naturalem spectat, circa  
hujusmodi ovorum incubationem plura

mirifica; atque Reipublicæ litterariæ  
utilia detexerunt Malpighius, & Hal-  
lerus celebrat, viri, quæ hic referre  
instituti nostri angustia inhæbet. Ad-  
notatu tamen dignum erit Ægyptios  
furnorum ope peculiari artificio ex-  
tructorum pullos ab ovis excludere.  
Juacula restaurantia ex pullis arcta  
decoctione extracta, quæ assidentis;  
& Medici quandoque agris propinare  
sua-



suacent utpote facillioris corruptionis substantiæ, ab usu Medico in acutis saltem rejicimus; diluiores potius decoctiones nutritionis ergo commendamus.

Gallinaceorum pinguedo ceteris avium axungis unica substitui valet.

Ovorum albomen myrrham in deliquium solvere potis est, cui cetera venkrua potentiora sunt inepta. Idem alumine remixtum collyrium contulit sic dictum, coagulum aluminis, in ophthalmiis valde proficuum.

Vitella ovorum cum aluminis æquali quantitate combusta famigeratissimum præbent pyrophorum Hombergi, quod

primo e materia foculi fortuito ellicuit.

Testas ovorum cetera hujus sensus absorbentia superare pro certo habeto, quare pro pauperibus saltem oculis cancerorum merito substitui possunt.

PHASIANUS, alias Gallus silvestris, in Italia haud infrequens est, plumarum venustate, & saporis excellentia aves pene omnes vincit, ejusdemque comestio in Epilepticis, & spasmodicis affectibus magnopere commendant; selem vero oculorum aciem exacuere, adipem nervos corroborare putant.

## 81. COLUMBA.

COLUMBA domestica. *Aldrov.* 2. 462.

Loc. Europæ, Asiæ, & Americæ sylvæ, at ubique cicur.

PHARM. I. Integra, 2. Stercus, 3. Sanguis? 4. gutturis Cuticula?

QUAL. I. Admodum sapida; 2. siccum; facile flammam concipiens?

PRINC. I. 2. 3. Præter anim. comm. præ aliis uberrima; 2. multum salis ammoniacalis nitrosi? 3. & partium spirituofarum?

PRÆP. I. Elixæ, vel  $\beta$ . dorso disecta, 2. pulveriz. calcinat. ejusque lixivium; 4. arefacta.

VIS. I. Subadstringens; apodyna, 1. 2. incidens, resolvens, 2. discutiens, purgans, diuretica, rubefaciens, 3. abstergens, 4. antidyfenterica.

USUS. I.  $\beta$ . Apoplexia; Phrenitis; Pleuritis; 2. Hydrops; Calculus; Febres malignæ, soporosæ; 4. Dyfenteria,

USUS PRÆC.

COMP. 2. Sinapisma, 3. Collyria,

DOSES. 2.  $\beta$ - $\beta$ ij.

JUDIC. I. 2. Parum usitata tamen non contemnenda, 3. 4. dubia, superflua,

Co-



Columbis spirituosas salinas particulas copiosiores inesse putant, & in morbis leporosis a viscida humorum crassi ortis prodesse testantur; ac viva Columba dorso dissecta vaporosi cataplasmatis instar lateralem dolorem lenire non contenderem.

Stercus vero sinapi permixtum in delicatioribus vesicantibus interdum succedit.

TURTUR columbæ sylvestris species easdem prorsus virtutes præsefert; specificè tamen ad menses nimios compellendos adhibetur.

82. PERDIX.

PERDIX Cinerea. *Aldrov. 2. 140.*

LOC. Europæ culta.

PHARM. I. Plumæ, 2. Caro, 3. Sanguis, 4. Pel, 5. Cerebrum.

QUAL. I. Foetida.

PRINC. Anim. comm.

PRÆP. I. Destillat.

VIS. I. Anthysterica, 2. Tonica, 3. 4. Abstergens, 5. Incidens.

USUS. I. Suffocationes hysterica; Epilepsia; 2. ventriculi Atonia; 3. 4. Catarata; 5. Icterus.

USUS PRÆC. I. Hysterismus.

COMP. I. Suffumigia.

DOSIS. I. Pro libitu.

JUDIC. Parum usitata, superflua.

Plumæ ex quovis volucrum genere desumptæ, & usque his perdicum pro suffumigiis succedere valent.

COTURNIX Perdici valde affinis; nullius pene usus apud Medicos; alii Epilepsiam producere, alii arcere cenient: utrumque contendo.

TURDUS collibus junipero refertis desectatur, cujus caro juniperum

frequenter redolens: ab ipso cephalicam, & tonicam virtutes derivare arbitrantur.

MERULA cum Turdo externo habitu admodum conveniens, sapore ab ipso vincitur, sylvas montuosas inhabitat. Aqua vel oleo olivarum elixa alvi profluvia cohibere, dolorem Ichiaticum lenire dicunt.

83. HIRUNDO.

HIRUNDO domestica. *Aldrov. 2. 662.*

LOC. Europa circa rivulos, flumina, stagna.

PHARM. I. Integra, 2. Stercus, nidus? Calculus gastricus?

ff 3

QUAL.



QUAL.

PRINC. Anim. comm.

PRÆP. 1. Destillata, cinis, 2. pulveriz.

VIS. 1. Antepileptica? 2. &amp;c. incidens.

USUS. 1. Epilepsia, 2. Angina, Inflammationes omnes externæ, visus Hebetudo.

USUS PRÆC.

COMP. β. Aqua hirundinum comp.

DOSIS. β.

JUDIC. Inusitata, dubia, superflua.

Insecis depascuntur Hirundines, narum coloribus venustior circa flumina huc illuc, ea quaritando, trafrant, ab agris eorum copiam arripunt, & in Medicina superallatus convenire videtur.

ALCEDO ipsi congener, &amp; pen-

## 84. PASSER DOMESTICUS.

PASSER domesticus. *Aldrov.* 2. 543.

LOC. Europa ubique, rudera, &amp; ilices antiquæ,

PHARM. 1. Stercus, 2. Axungia.

QUAL.

PRINC. 1. Purgans, 2. emolliens.

USUS. 1. Alvi stipticitas; 2. capillorum Defluvium.

USUS PRÆC.

COMP.

DOSIS. 1. gr. ij. - gr. iij.

JUDIC. 1. Muscerdæ succedaneum, obsoletâ, frustranea,

Falso de nocuo passeris esu quidam suspicantur, frequenter enim, & tuppissime cibus cedit.

REATINUS, seu PASSER TROGLODITES, sepes incolit; comestum calculos infringere, nonnulli credunt.

MOTACILLA, quæ caudam frequenter agitando eandem tremula nomen meretur, similibus morbis ac superior levamen affert.

ALAUDE saporis præstantiâ magno facienda erit; eamque captare solliciti sunt aucupes, sanguinem ipse Medicis suppeditat, quem urinam provocare, Colicam flatulentam, & nephriticâ profligare potis esse affirmant.

PARUS MAJOR tandem ubique obvisus, quem sub (Paruscula) nomine venit.

Ipsi Epilepsiam medendi; & urinam ciciendi facultatem tribuunt.

CLAS-



# CLASSIS VI. INSECTA

## *Integra.*

85. **A**PIS GREGARIA. *S. N.* 103.  
**A**PIS pubescens, thorace subgriseo, abdomine fusco, pedibus posticis glabris utrinque margine ciliatis. *Lin. gen.* 118. *spec.* 17.  
**LOC.** Ubique prata, colles, & ora florifera.  
**PHARM.** 1. Integra. 2. Mel commune, virgineum despumatum, 3. Cera, 4. Propolis, 5. Feces fa-  
 vorum.  
**PRINC.** 2. Album, vel flavum, dulce, mucilagineum, suaveolens, 3. citrina, vel alba, aqua, spiritu vini, aut acido quovis indissolubilis. 4. rubro-lutea.  
**PRÆP.** 2. Mellis aqua distill.; spiritus; oleum; fal; hydromelli; oxymelli simpl., seu acetum mulsum; oxymelli scillit. simpl.; comp; melrosfat. simpl.; vel solutiv.; anthosatum; violat.; anacardinum; mercuriale; 3.  $\beta$ . oleum destill.; cera rub.; viridis; nigra.  
**VIS.** 2. Edulcorans, incidens, expectorans, laxans, diuretica, abstergens, maturans, anodyna, traumatica, ophtalmica, 3. emolliens, detergens, digerens, vulneraria,  $\beta$ . diuretica, 3. 4. 5. resolvens, 4. attenuans.  
**USUS.** 1.  $\beta$ . Ischuria; 2. Morbi pectoris pene omnes; Vomica; Phthisis; Pleuritis; Tussis &c. Alyus segnis; Tumores dolentes, & inflammatorii; externa Ulcera, & interna faucium, uteri, pulmonum &c.; Ophtalmia, 3. Tumores fe-  
 Ff 4 re



re omnes externi, frigidi præsertim, Lac guttatum, Strumæ &c.; labiorum, & papillarum Rimæ, Tendinum dolor, & rigiditas, Paralysis; Perniones &c.

USUS PRÆC. 2. Pulmonum Infarctus omnes, ulcera externa, & interna, 3. Tumores.

COMP. 2. Elect.; Diaphen.; Theriac; Mithrid.; Diascord. Fracastor.; Orvietan.; Philon. Rom.; Unguent. Ægyptiac.; Loochi plures, gargarismata, & Clysteria; 3. Unguent. de Sperm. cet.; Minii; Cerusæ; Diapompholix; Balsamum Locatell., cerata fere omnia usitatiora.

DOSIS. 2. Coleatim.

JUDIC. 2. 3. Usitata, præsentia, immo inter quatuor pharmacopœorum Evangelistas, 1. 4. 5. obsoleta, superflua.

Apum historiam omnem excerpere, earumque structuram, regimen, utilitatesque omnes absolvere virium non solum, sed instituti nostri limites excedit, quæ tamen ex iis ad Medicinam spectant brevi indicabimus.

Apes ibi frequentiores sunt, ubi flores uberrimos terra gignit; præstantiores tamen mel, ceramque suppeditant, dum plantis balsamicis, & rore marino præsertim veicuntur.

Mel, quod nuperrimè Observationes ostendunt, ex peculiaribus melliferis glandulis pistillis adnexis secreti, ipsæ proboscide exiunt, & per oesophagum ad speciale receptaculum transducunt, ubi sua perfectione adeptæ tandem in alvearis cellulas elegantissime elaboratas reponunt, easque propoli obtegunt.

Materiam vero in ceram abeuntem florum pulviscula apibus præstant; hanc pedibus colligentes in placentulas lenticulares redigunt, ac domum exportatam mirabili prius artificio emolliunt, deinde imperfectam deglutiant; at in stomacho digestam ceram perfectissimam citrinam pro usibus suis mirificis evomunt.

Propolis obducendis cellulis melle

repletis destinata est, & eam viliori cera, simul & melle Apes conficiunt.

Album, quod etiam virgineum sonat, ex recentioribus favis absque expressione stillans in ollis vernice obductis recipiunt: hujusmodi quamvis pluribus in locis parari solet, hispanicum tamen optimum censetur.

Flavum ex alvearibus fractis, & in cacabis aheneis injectis, brevique calefactis torcularis ope forti expressione extrahunt; idque infirmioribus viribus gaudet, atque pretio viliori profluit.

Mel olim tam Medicis, quam œconomicis usibus pro saccharo usurpabatur, nunc utriusque perunum hoc succedit.

Etiamsi pluribus in morbis utilissimum evadat remedium, iis tamen mellis usum merito interdiximus, qui bilioso, & sicco temperamento præditi sunt; in ventriculo enim facile fermentatur, & bili consociatum acrimoniam acquirit, & inflammationes parere solet; verum ut dulcium omnium mos est, lumbricos in intestinis gignit, quod tandem Epilepsiam ejusdem frequens usus producere valeat; quæso mihi liceat dubitare.

Nul-



Nullam Apes molestiam inferunt, sed ad iram concitate suo aculeo idus infligunt, a quo dolor, tumor rubens supervenit in calida præsertim regione, & tempestate admodum periculosa. Ei præsentaneum, neque incertum præbet remedium petroselinum contusum, aut limus saliva remixtus.

CICADA huc refertur potest notissimum insectum, quod ob peculiare organum in ventre situm suffurrandi facultate tanta pollet, ut aures obsurdescant. Colicæ ipsam prodesse, morbisque vesicæ convenire nonnulli putant.

## 86. CANTHARIS OFFICINARUM.

CANTHARIS vulgaris. *Raj. inf. 276.*

LOC. Europa ubique, Hispania, Gallia, & Italia præsertim in Cynosbato, Ligustro, Ebulo, aliisque plantis degens.

PHARM. Integra.

QUAL. Fœtidissima.

PRINC. Sal causticum sui generis resinosis partibus implicatum, nonnihil gelatinosi principii.

PRÆP. Pulvis, essentia Bartholini.

VIS. *Inter.* Diuretica? aphrodisiaca? vesicam lædens; *Exter.* Rubefaciens, corrodens, exulcerans, excitans, resolvens.

USUS. *Inter.* Ischuria, Calculus, Hydrops, Gonorrhœa, virulenta, Hydrophobia, Venus iners; *Extern.* Febres exanthematicæ, & acutæ pene omnes, In crîsum segnitie, atque defectu, Morbi soporosi, Ophthalmia, Paralysis.

USUS PRÆC. *Inter.* Hydrophobia; *Exter.* Revulsio promovenda.

COMP. Emplast. vesicator. commun; indolens quorundam  $\beta$ . Pulvis Capit. Parenti contr. Hydroph.

DOSES.  $\beta$ .

g. ij. g. v.

JUDIC. *Inter.* Heroica, cautissime usurpanda; *Exter.* usitatissima, præstans.

Mu'cam oblongam pulchre virescentem Cantharides referunt. Calidiores lido enecantur, deinde solis calore exsicantur. Minores, & recentiores Regionibus peramant; capte aceto calidioribus, vel vetustioribus antele-

runt,



guat, ipsique acriores sunt. Difficilioris indaginis est sal acre volatile, quod ipsis inest; qui alcalinum, qui acidum esse defendunt; plerique tamen posteriorem sententiam amplectuntur.

Extrinsicus non modicam sibi laudem in Medicina Cantharides promeruerunt ob vesicantium præsertim usum, quæ ad humores pluribus in morbis viscidos, densioresque incidendos, aut revellendos potissimæ sunt. Intrinsicus vero nostris temporibus præsertim ad Hydrophobiam profligandam hæud infrequenter obtinet usus: utroque tamen modo exhibitæ totum systema nervosum, & fibrosum irritant; at specificæ ad vesicam tendunt, plus minusve ipsam corrodunt, exulcerant, nidumque cruentum pariunt, quare

hujusmodi usus præcipue in sensibilibus subjectis, & convulsionibus obnoxiiis maxima cautione indiget: Iplis copiosius sumptis pinguis omnia oleosa, & lac medicinam afferunt; ut specificum tamen, vel cantharidum correctorium cantharum plures commendant.

Animadvertendum tandem est, quod Pharmacopola frequentius illas contractando, pulvere per nares, aut os ingrediente, mictu cruento, & aliis teterrimis morbis facillime corrumpantur.

SCARABÆUS CORNUTUS genere Cantharidi hæud absimilis hic recenseri meretur, diuretica præcipue virtute pollere credunt; cornua vero absorbendo Dyslocia profunt.

### 87. GRILLUS.

GRILLUS Domesticus. *Raj. in insect. 63.*

LOC. Ubique foveolæ in pratis, hortisque sibi parata.

PHARM. Integer.

QUAL. Suffurrans.

PRINC. Multum salis volatilis?

PRÆP. Contusus, arefact. & pulveriz. cinis.

VIS. Diuretica, aperiens, resolyens? opthalmica? antifebrilis?

USUS. Urinæ suppressio; Parotides; Febris intermittens; Albugo.

USUS PRÆC.

COMP. Interdum collyria?

DOSIS. g. xij. - ℥j.

JUDIC. Exoletus, superfluus.

LOCUSTA parum ipsi dissimilis, enim in suffumigiis anthystericis locum nihili in medicina faciendæ est, vix obtinere valet.



## 88. ARANEA.

ARANEA subflavus hirsutus praelonge pedibus,  
Raj. 27.

LOC. Europa ubique regiones calidiores.

PHARM.  $\beta$ . Aranearum telę.

QUAL. Sicca mirifice conformata.

PRINC. Insector. comm.

PRÆP. Pulveriz. vel in aceto macerata.

VIS. Subadstringens antifebrilis? anthysterica?

USUS. Vulnuscula.

USUS PRÆC.

COMP. Cataplasinata febrifuga?

DOSIS. Extrinsicus.

JUDIC. *Exter.*  $\beta$ . Præsentaneum remedium, *Inter.*  
frustraneum, obsoletum.

Aranee omnes venenatissima sunt, ratu difficillimis, morbum tamen le-  
ardenti præcipue sub celo, cuius rei vare auctores confirmant citharas  
reterrimum nobis præbet exemplum plectro molliter pulsas atque musica:  
Tarantule ictus, quo periodicis con- les concertus.  
vulsionibus demorfi corripuntur cu-

## 89. SCORPIO.

SCORPIO pectinum denticulis xxx, S.N. Lin.

LOC. Europa, & Africa, regiones calidiores, ru-  
dera antiqua.

PHARM. Integer.

QUAL. Cancrum quadantenus referens.

PRINC. Multum salis volatilis acris, & olei.

PRÆP. Contusum pulveriz. oleum, & essentia An-  
geli Sala.

VIS. Diuretica, lithonthryptica, alexiteria, cepha-  
lica.

USUS. Ischuria, Calculus, Ictus venenati, Epile-  
psia, Paralysis.

USUS PRÆC. Scorpionis punctura.

COMP.



COMP. Oleum Scorpionum simplex  $\beta$ . comp. Mathioli; Orvietan.

DOSIS.  $\mathcal{D}$ ss.  $\mathcal{D}$ j.  $\mathcal{Z}$ ss.

JUDIC. Exoletus, incertus,  $\beta$ . usitatum, superfluum.

Ultima caudæ vertebra vulnus Scorpionis infligere, inque ipsum venenum indere neminem læset; cuius medela cum ceteris animalium venenatorum ictibus convenire videtur. Mirifica, quæ de Scorpionis usu, deque oleo eorum prædicantur incertis nituntur experimentis, ac si plura cupias Meadum pervolve.

90. FORMICA RUFA OFFICINARUM.

FORMICA media rubra. *Raj.* 69.

LOC. Ubique in sylvis, & hortis; in peculiaribus circa plantas resinofas sibi paratis domiciliis.

PHARM. I. Integra, 2. Myrmetium.

QUAL. I. Suaveolens?

PRINC. I. Sal acido-urinosum volatile &c. partes balsamica nonnullæ.

PRÆP. I. Sal oleum  $\beta$ . spiritus, seu aqua magnanimitatis simplex.

VIS. I. Excitans, tonica, cephalica?

USUS. *Inter.* Apoplexia, Vertigo, memoriæ Imbecillitas? *Exter.* Paralyfis.

USUS PRÆC.

COMP. I. Oleum Formicarum Mynschic. 2. Balnea, & Cataplasmata nervina.

DOSIS. I. eferne.

JUDIC. Exoleta; non contemnenda.

Formica nostra vulgaris ex plantis resiniferis, circa quas sua domicilia extruit, aliquid balsamici ab ipsis excerpere quidam putarunt: quod credite si lubet. Apud Indos in Insula Zeyloña formosissima earum species ad-  
est alata, quæ ex ziziphi genere arborem perforando humorem stillantem sugunt, quo sibi alvearia mirifice construunt; quæ sub lactæ nomine ad nos adferuntur.



## 91. MILLEPEDES, seu ASELLUS.

ASELLUS ASININUS seu vulgaris. *Raj.* 41.

LOC. Ubique loca humida, tecta, parietum rimæ, sterquilinia &amp;c.

PHARM. Integer.

QUAL. Fœdus.

PRINC. Multum salis, &amp; salini spiritus; ammoniacalis profapia? terra subtilior.

PRÆP. Contusus; exsiccat. pulveriz.; Infusum vinosum, spirituosum; sal.

VIS. Incidens, resolvens, diuretica.

USUS Icterus, Asthma, Hydrops, Ischuria, Arthritis, Nephritis, Calculus?

USUS PRÆC. Dyfuria, Asthma.

COMP.

DOSIS. g. xij. - ℥ij.

JUDIC. Usitatissimus, præstans.

Ael'i lotionem in vino albo, & exsiccatione solis ope præparantur, quos in pulverem redactos ad usum servant. Caveto ab illis, ubi sanguinis orgasmus, fibra mobilis, & febris adsunt. De cetero in asthmaticis, aliisque pectoris affectibus utilissimum remedium celebratur.

Liceat hic de CIMICE, & PEDICULO pauca recentere. Uterque mollitici, & fœditatis flagellum; paupertatis comites indivisibiles, in-

consulto remediorum familia' nauseabunda parum efficacia hæc animalcula adscripta fuerit.

Prior contra urinæ suppressionem, alter ad febres intermittentes nausea potius, quam pharmaci virtute profligandas adhibebantur.

Quæ de morbo pediculati; Aldrovandus, & alii consent in scabiei speciem libentius animalculis aut erucis referant propendere mallem.

*Coccifera Folliculacea.*

## 92. BOMBYX.

PHALÆNA pectinicornis elinguis. *Lin. Fn.* 832.

LOC. Olim China, nunc Europa ubique in hypocaustis cultus,

PHARM.



PHARM. I. Folliculum, seu Sericum crudum, 2. Coc-  
cineum tinctum.

PRINC. I. Sal, & spiritus volatilis, oleum buty-  
raceum.

PRÆP. I. β. Guttae anglicanae, 2. contritum.

VIS. β. Incidens, attenuans, excitans, 2. β an-  
thysterica, 2. subadstringens.

USUS. β Morbi soporosi omnes, Epilepsia, 2.  
β Hysterismus. 2. Hæmorrhagia.

USUS PRÆC. β Apoplexia.

COMP. Specif. cord. temp: ; de hyacintho ; dia-  
mosch. dulc.

DOSIS: β gutt. iv. gt. xij. gt. xx.

JUDIC. β Rarioris usus, præstantissimæ, 2, incer-  
tæ virtutis.

Supervacaneum cenſeo Bombycis in-  
dustriam sericum extruētis, utilita-  
tesque omnes, quæ ab ipſo derivant  
enumerare; spiritum tamen illum, qui  
sub guttarum Anglicanarum nomine  
venit, animadverſione dignum iudico:  
penetrantiſſimus eſt, & in ſoporosis

affectionibus admodum proficue, cuius  
inventionem Domino Goddard Medici  
debent, cuiusque compositionem dicitur  
reconditam D. vus Galliarum Rex coe-  
mit, ac tandem Turneſortius publi-  
ci juris fecit.

### 93. CHERMES, COCCUM BAPHICUM.

Coccus quercu ilicis S. N. n. 7.

Loc. Quercus, seu Ilex aculeata Cocci glandifera.  
Bauh. in Lusitania, Hispania, Italia, sed Gallia  
præsertim circa Monspelium.

PHARM. Kermes grana.

QUAL. Folliculi coloris rubescentis, odoris non  
ingrati, saporis subacris.

PRINC. Materia gummeo-resinosa, Sal urinosum  
ex parte gummosa animalis prosapia; nonnihil  
falis acidi ex resina, indolis vegetabilis.

PRÆP. Pulvis, succus inspissatus, tinctura, syru-  
pus, Infusum vinosum.

VIS.



**Vis.** Subadstringens, roborans, cordialis? aphrodisiaca?

**U<sub>S</sub>U<sub>S</sub>.** Abortus, Vomitus, ventriculi Imbecillitas, cordis Palpitatio, Syncopes.

**U<sub>S</sub>U<sub>S</sub> P<sub>R</sub>ÆC.** Abortus præcavendus.

**COMP.** Confectio alkermes, solida; liquida florent.; hyacinth.; smaragd.; tinct. bezoard. ex herbis; species de hyacinth.; diamargarit. frigid.

**DOSIS.** ℞. ℥j. ʒss.

**JUDIC.** Usitatissima, commendatissima, infirmæ tamen virtutis, tinctoria.

Olim inter se maxime auctores certabant de genuina Cocci origine: alii Illic fructum esse opinabantur, quidam insectorum arborem pungentium recrementum censebant donec Reamurius insectum revera esse sedula investigatione detexit, atque demonstravit.

Veris initio animalculi ovala circa Illicis ramos excluduntur, hinc animal arboris succo alitum usque ad æ-

statis ortum immoritur persistit, tunc novam sobolem gignit, atque sponte emortuum ipsum colligit, & supra lintea exsiccatum venum tradunt.

Pro hyemis savoris, aut bona temperie copiosior, vel sterilis hujusmodi mellis erit.

Ex eo purpureum pretiosissimum colorem Infectores parant.

#### 94. COCCINELLA.

**SCARABÆUS** hæmisphæricus cochineelifer. *Pet. gaz. l. t. 1. f. 5.*

**LOC.** America Peruvia, & Mexicum præsertim in Cacto compresso articulato ramoso: articulis ovato oblongis sub-inermibus hort. Upsal. 121. degens.

**PHARM.** Coccinellæ granum, pulpa.

**QUALIT.** Insectum pili crassitudine, atro-rubens, saporis nonnihil amaricantis, situmque redolens.

**PRINC.** Multum mucilagines substantiæ, pauca resinosa permixtæ, sal acido-urinosum.

**PRÆP.** Infusum aquosum, tinctura spirituosæ, extractum.

**Vis.**



**VIS.** Subadstringens, diuretica, leniter stimulan-  
s, cordialis? diaphoretica? alexipharmaca?

**USUS.** Vulnere, hæmorrhagia, Ischuria, cordis Pal-  
pitatio, Febres maligne &c.

**USUS PRÆC.** Sabulum Renum, & Vesicæ.

**COMP.** Confectio Alkermes; Tinctura sacra Edimb.

**DOSES.** g. xij. ℥j. ʒj.

**JUDIC.** Rarioris usus, Kermes succedaneum, ipso  
præstantior? tinctoria.

Coccinellarum fetus postquam per  
Opuncie ramos peragravit sedem suam  
figunt, atque plantæ humorem fugen-  
do adolefcunt, ubi novæ sobole de-  
posita intereunt, ibique nati conti-  
nenter vitam gerunt, donec novam  
prospiciam valeant procreare; ex eo  
enim nonnulli sibi suadent Ker-  
mes Coccinella præstantiorem esse,  
nam quos illi parjunt, statim ac ipsis  
volitandi facultate facta sit, paterna  
domo discedunt, exuviis parentum su-  
perstitibus tantum, quas propter major  
ipsis inest nutritionis ergo diuretica,  
& stimulan facultas quam in grano  
Kermes; eo minori tamen adstringoria  
virtute pollent. Idcirco abortui ar-  
cendo impares sunt; diæticæ potius  
convenire videntur; tinctoribus, &  
picioribus Coccinella utilissima est,  
ex ea posteriores Laccam, & cocci-  
neum colores elegantissimas patrant.

### 95. GALLA TURCICA.

**CYNIPS** Querci. *S. N. n. 3.*

**LOC.** Hierapolis, & alię regiones calidiores in  
quercu semper-virenti.

**PHARM.** Galla, seu Tuber quercubus adnascens.

**QUAL.** Nucem avellanam referens, glabra, saporis  
austerissimi.

**PRINC.** Mulsam gummeo-resinę rudioris, salis am-  
moniacalis nonnihil.

**PRÆP. β.** Pulvis, Infusum aquosum.

**VIS.** Adstringens stiptica, antifebrilis?

**USUS.** Hæmorrhagia, Dysenteria, Ulcera, Vteri,  
& Vaginę procidentia; Virginitas læsa; Febris  
intermittens.

**USUS PRÆC.** Externus.

**COMP.** Emplast. ad Hernia D. Charas.

**DOSES.** β - - ʒb. - ʒj.

**JUDIC.**



JUDIC. Exter. Præstans; ad febres profligandas incerta, Tinctoria.

Hujusmodi concreta ab insecto quodam orum ducunt; quod inter rimas queret ovula deponit, quæ fuerescendo in vermiculos mutata plantæ succis vescuntur, & tunica in globosam formam coagmentata vestiuntur, quam proboscide animaleculum perforando sub musæ figura alio avolat; ipsamque Gallam vacuum relinquit.

Galla vitrioli solutionem nigram, aut violaceam efficit; quare ejusdem

infusum ad aquas minerales perferendas utilissimum evadit; ex ea tum nigerrimus color paratur infectoribus familiarissimus; cum atramentum scriptorium confici solet.

FUNGUS ROSARUM eandem pene originem agnoscit ab alia Teuthredinis specie; adstringenti pariter virtute donatur; ipsumque rustici ad alvi profluvia compescenda frequenter adhibent.

*Vermes.*

96. **LUMBRICUS TERRESTRIS.**

**LUMBRICUS** lavis. *Fn. Su. 1271.*

LOC. Ubique sterquilinia;

PHARM. Integer.

QUAL. Teres.

PRINC. Oleum animale, non parum substantiæ mucilagines, & salis volatilis, terra multa.

PRÆP. Pulvis, spiritus simplex, comp.; Oleum coct. simpl., comp.; Oleum destill.; Sal volatile; Essentia.

VIS. Diuretica; attemperans; deobstruens, antispasmodica? diaphoretica?

USUS. Icterus, viscerum Obstrutio, Arthritis, Asthma, Vomica, Morbi spasmodici omnes, papillarum Rimæ, Paronychia, tendinum Rigiditas.

USUS PRÆC. Pulmonum infarctus serosi.

COMP. Emplast. de Ranis c. merc. Diabotinum; Unguent. nerv.; Pulvis antispasmod. wefferian.

DOSIS.

JUDIC. Usitatissimus viribus Afello paullo inferior.

Lumbricos preparari vivacissimos colligunt, ipsosque vino pluries ablutos, solari calore exsiccant, & ad Medicum ulum in pulverem redigunt; androgyna animalecula sunt, oculis, pedibus, auribus, & ossibus carentia; fæda sane, quamvis aliqua apud Medicos virtute prædita.

*Mat. Med. Contracta.*

Gg

97.



## 97. HIRUDO.

HIRUDO depressa fusca : margine laterali flavo :

*Fam. Suec. 1272.*

LOC. Aquæ dulces stagnantes ubique.

PHARM. Integra, viva.

QUAL. Vermis oblongus, complanatus, nigris striis longitrorfus refertus, dentibus tribus in ore instructus.

PRINC.

PRÆP. In aqua detentæ, & fame pressæ.

VIS. Topica, sanguisugens.

USUS. Hæmorrhoids; Hemicrania; Odontalgia; mensium suppressio, ac quodvis revellendi opus.

USUS PRÆC. Capitis dolor.

COMP.

NUMERUS. -- ij. ij.

JUDIC. Usitatissima, præstans.

Si vulnus serius quam par est infligant partem lacte, vel sanguine galinaceo oblinito; adherentes vero postquam saturatæ fuerint, sponte suggero desinent; secus enim solutio ne salis marini illas ispergito statim se retrahent; postquamquod si sanguis jacto copiosior fluat album ovi stipu-

la, vel aliud stripticum admotum illico fluxum sistet.

Caveto ne intestina per anum, aut per es intrent hæmorrhagias tunc, & cardialgias enormes parere solent, quibus emeticis, & clysteribus e solutione salis marini facile medetur.

## Zoophita?

## 98. CORALLUM RUBRUM.

MILLEPORA rubra, striis obsoletis flexuosis.

LOC. Mediterraneum scopulorum Criptæ circa Corficæ, Sicilia, Dalmatiæ, atque Massiliæ litora.

PHARM. Corallia rubra, & ipsorum cortex.

QUAL. Insipida, inodora, calcarea, lapidea.

PRINC. Terra multa tenerior; sal urinosum volatile,



tile, bitumine non nihil remixtum; aliquid martialis, falis marini adventicii paucissimum.

PRÆP. Pulvis, Magisterium, Sal, Tinctura, Syrupus.

VIS. Aborbens, subadstringens, alexiteria?

USUS. Profluvia, Fluor albus, Venena, Febres malignæ.

USUS PRÆC. Aborti metus.

COMP. Specif. cephalic. Pulv. bezoard. Sennerti; Chellar. comp.; Dentifric.; Epilept. Marchion.; de Gutteta; Pannonic. rub.; Confect. hyacinth.; Smaragd.; Emplast. Stiptic. Spec. cordial. temp.; de hyacinth. Diamargar. frigid.; Diamofch. dulc.; Troch. de Carab.

DOSIS. ℥℥. ʒ℥. ʒj.

JUDIC. Usitatum, infirmæ virtutis.

Nondum inter naturæ historicos de corallorum origine orta contentio explanata fuit, in obscuritate adhuc versamur, plures cum Marfillo corallia vegetare putarunt; alii juxta partium positionem succrescere crediderunt, & ad regnum lapideum referre censent, utrumque recentiores alii negant, & insectorum industria eorum productionem nos debere acerrime vindicare; quam sententiam amplecti & mihi lubet.

Qui materiam fufius pertractarunt

Marfillius, Golofredus, Borichius, & Linnæus fuere.

Corallum matrici adherens vel recens extractum vetustiori mollius esse decipimur.

Cortex corallis ipsis præstantior evadere censetur.

Hujusmodi præparaciones pene omnes abolverunt, quæ additorum ergo a coralli indole longe discrepant, quare simplex eorum pulvis ipsis commode substitui potest.

99. CORALLUM ALBUM.

MADREPARA simplex ramosa, ramis teretibus levibus tubulosis: lamellis integris. Hort. Cliff. 481.

LOC. Mediterraneum, sed Tyrrenum præsertim.

PHARM. Corallia alba.

QUAL. Insipida, inodora, calcarea.

PRINC. Multum terræ calcariæ; paucum falso-glutinosa substantia.

Gg 2 PRÆP.

vo :

igris  
n ore

gia ;  
opus.

um il-  
n, aut  
ng, &  
olent ;  
e fo-  
letur .

fle-

Cor-  
ora .

vola-  
le,



PRÆP. Pulvis &amp;c.

VIS. Rubro infirmior.

USUS. Hamorrhagia &amp;c.

USUS PRÆC.

COMP. Pulver. Pannonic. D. Charas; Diamarg. frigid.; Cachetic; Spec. cord. temp.; Emplastr. stiptic.

DOSIS. Antecedentis.

JUDIC. Parum usitatum, superfluum.

Quoad hujusmodi originem quem de rubro superius enunciamus valet Huic affines in pharmacopeis quan-

doque Madreporæ observantur, natura, & viribus haud abimiles, atque usu promiscuæ.

## 100. CORALLINA.

MUSCUS coralloides, squamis loricatus. *Bauh. pin. 364.*

LOC. Mare Mediterraneum; Atlanticum; Scopulis, conchis, aut corallis adnascens.

PHARM. Eadem recens.

QUAL. Albo cinerea, odoris nauseosi, saporis salso-ingrati amaricantis.

PRINC. Terra multa, non nihil falis marini bitumine remixti.

PRÆP. Pulvis.

VIS. Absorbens, subadstringens, anthelminthica

USUS. Ventriculi Aciditas; Diarrhoea; Vermes.

USUS PRÆC. Lumbrici enecandi.

COMP. Specif. Diamercur. Mynsich.; Pulv. ad vermes quorund.

DOSIS.

JUDIC. Parum usitata; præstans.

Diocorides olim, & Veteres Medici de hujusmodi virtute anthelminthica nullam mentionem faciunt; hodie tamen recenter collecta in Græcia præsertim ubi ad maris Ægei scopulos copiose gignitur hunc in finem frequentissime usurpatur.



## CATALOGUS.

CLASSIS I.  
QUADRUPEDIA.

1	Homo	387
2	Simia	389
3	Elephas	390
4	Rhinoceros	391
5	Leo	392
6	Urfus	ibid.
7	Camelus	393
8	Equus	394
* 9	Afinus	ibid.
10	Mulus	395
* 11	Cervus	396
12	Rangifer	397
13	Alees	398
* 14	Bos	ibid.
* 15	Sus	400
16	Aper	ibid.
17	Histrix	401
18	Ericius	ibid.
19	Taxus	402
20	Zibethicum animal	ibid.
21	Canis	403
22	Lupus	404
23	Vulpes	405
* 24	Moschiferum animal	ibid.
* 25	Hircus	407
* 26	Capra bezoard. orient.	408
* 27	Capra bezoard. occid.	ib.
28	Ovis	410
29	Felis	ibid.
30	Lepus	411
31	Cuniculus	ibid.
32	Martes	ibid.
33	Mus	412
34	Talpa	413

CLASSIS II.  
AMPHIBIA

## ORD. I.

*Pedata Majora.*

35	Hippopotamus	414
* 36	Castor	ibid.
37	Lutra	416
38	Crocodilus	ibid.

## ORD. 2.

*Pedata Minora.*

39	Scincus	417
40	Lacertus vulgaris	418
41	viridis	ibid.
42	Salamandra terrestris	ibid.
43	aquatica	ibid.
44	Bufo	419
* 45	Rana	420
46	Testudo terrestris	ibid.
47	marina	ibid.
48	palustris	ibid.

## ORD. 3.

*Reptilia.*

49	Serpens vulgaris	421
* 50	Vipera offic.	422
51	Vipera caudifona	424
52	Vipera cobra de capel.	ib.

CLAS-



## CLASSIS III.

## CLASSIS IV.

## PISCES

## ORD. I.

*Bellua Marina.*

* 53	Balena vulgaris	426
54	Balena cete	ibid.
55	Balena Nahrval	427
56	Manati	428
57	Phoca	429
58	Canis Carcharias	ibid.

## ORD. 2.

*Bellua aque promiscue.*

* 59	Ichthyocolla	430
60	Arcipenser	431

## ORD. 3.

*Pisces marini minores edules.*

61	Morhua	432
62	Harengus	433
63	Clupea	ibid.
64	Anguilla	ibid.
65	Hippocampus	434
66	Sepia	ibid.

## ORD. 4.

*Pisces fluviatiles minores edules.*

67	Salmo	435
68	Trutta	436
69	Lucius	ibid.
70	Carpius	ibid.
71	Tinca	437
72	Perca	438

## ORD. I.

## TESTACEI.

73	Ostreum	439
74	Concha margaritifera	ibid.
75	Conchula venerea	440
76	Mytilus	441
77	Umbilicus marinus	ibid.
78	Blatta Byzantina	442
79	Dentalia	ibid.
80	Concha fluviatilis	ibid.
81	Coclea terrestris	443
82	Limax nuda	ibid.

## ORD. 2.

*Crustacei.*

83	Cancer Marinus	444
84	Cancer fluviatilis	ibid.

## CLASSIS V.

## AVES.

85	Quila	446
86	Accipenser	ibid.
87	Ottis	ibid.
88	Noctua	ibid.
89	Pica	447
90	Corvus	ibid.
91	Picus viridis	ibid.
92	Cuculus	ibid.
93	Struthio	ibid.
94	Grus	448
95	Ciconia	ibid.
96	Ardea cinerea	ibid.
97	Anas	449
98	Cygnus	ibid.
99	Anser	ibid.
100	Pavo	450



CATALOGUS.

471

101 Vanellus	ibid.	124 Aranea	471
102 Upupa	ibid.	* 125 Scorpio	479
* 103 Gallus	451	126 Formica	ibid.
104 Phasianus	452	* 127 Millepedes	460
105 Columba	ibid.	128 Cimix	461
106 Turtur	453	129 Pediculus	ibid.
* 107 Perdix cinerea	ibid.		
108 Coturnix	ibid.		
109 Turdus	ibid.		
110 Merula	ibid.		
111 Hirundo	ibid.		
112 Alcedo	454		
113 Passer	ibid.		
114 Reatinus	ibid.		
115 Motacilla	ibid.		
116 Alauda	ibid.		
117 Parus major	ibid.		

ORD. 2.

*Coccifera, & folliculacea.*

* 130 Bombix	ibid.
* 131 Chermes	462
* 132 Coccinella	463
* 133 Galla turcica	464
134 Fungus rofarum	465

ORD. 3.

*Vermes.*

* 135 Lumbricus	ibid.
* 136 Hirudo	466

ORD. 4.

*Zoophita?*

* 137 Corallum rubrum	ibid.
138 Corallum album	467
* 139 Corallina	468

CLASSIS VI.

INSECTA

ORD. I.

*Integra.*

* 118 <b>A</b> Pis Gregaria	455
119 Cicada	457
* 120 Cantharis	ibid.
121 Scarabeus cornutus	458
122 Gryllus	ibid.
123 Locusta	ibid.

FINIS.

NOI

39  
ti-  
id.  
40  
41  
id.  
42  
id.  
id.  
43  
id.  
  
44  
id.  
  
44  
id.  
  
446  
id.  
id.  
id.  
447  
id.  
id.  
id.  
id.  
448  
id.  
id.  
449  
id.  
id.  
450  
7a-



## NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

**A** Vendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. F. Serafino Maria Maccarinelli Inquisitor General del Santo Officio di Venezia nel Libro intitolato: *Materia Medica contracta, Synonyma &c. complectens Regnum Animale, & Minerale, Ludovici Tessari, & Vegetabile Caroli Linnei*: non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi; concediamo Licenza a Niccolò Pezzana, che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Publiche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 27. Dicembre 1761.

{ Marco Foscarini Cav. Proc. Rif.

{ Alvise Mocenigo 4. Cav. Proc. Rif.

{ Polo Renier Rif.

Registrato in Libro a Carte 113. al Num. 469.

Giacomo Zuccato Segr.

Registrato in Libro del Magistrato Eccellentiss. de' Signori  
Esecutori contro la Bestemmia.

Francesco Gadaldini Seg.



a-  
or  
:  
im  
oli  
o-  
s  
en-  
do  
ite

egr.

iori

Seg.







87.



